2 And go forth unto the valley of the ſonne of
† Heb. *the ſumme gate.* Hinnom, which *is* by the entry of † the eaſt-gate, and proclaim there the words that I ſhall tell thee:

3 And ſay, Heare ye the word of the LORD, O kings of Judah, and inhabitants of Jeruſalem, Thus ſaith the LORD of hoſts, the God of Iſrael, Behold, I will bring evil upon this place, the which whoſoever hear-
*1. Sam. 3. 11. eth, his eares ſhall * tingle.
2. King. 21. 12. 4 Becauſe they have forſaken me, and have eſtranged this place, and have burnt incenſe in it unto other gods, whom neither they nor their fathers have known, nor the kings of Judah, and have filled this place with the bloud of innocents.

5 They have built alſo the high places of Baal, to burn their ſonnes with fire for burnt-offerings unto Baal, * which I commanded not, nor ſpake *it*, neither came *it* into my minde.
* Chap. 7. 31, 32.

6 Therefore behold, the dayes come, ſaith the LORD, that this place ſhall no more be called Tophet, nor the valley of the ſonne of Hinnom, but the valley of ſlaughter.

7 And I will make void the counſel of Judah and Jeruſalem in this place, and I will cauſe them to fall by the ſword before their enemies, and by the hands
* Chap. 7. 33. and 16. 4. of them that ſeek their lives: and their * carcaſes will I give to be meat for the fowls of the heaven, and for the beaſts of the earth.

* Chap. 18. 16. and 49. 13. and 50. 13. 8 And I will make this city * deſolate, and a hiſſing: every one that paſſeth thereby ſhall be aſtoniſhed and hiſſe, becauſe of all the plagues

2 And go forth unto the valley of the ſonne of
† Heb. *the ſumme gate.* Hinnom, which *is* by the entry of † the eaſt-gate, and proclaim there the words that I ſhall tell thee:

3 And ſay, Heare ye the word of the LORD, O kings of Judah, and inhabitants of Jeruſalem, Thus ſaith the LORD of hoſts, the God of Iſrael, Behold, I will bring evil upon this place, the which whoſoever hear-
*1. Sam. 3. 11. eth, his eares ſhall * tingle.
2. King. 21. 12. 4 Becauſe they have forſaken me, and have eſtranged this place, and have burnt incenſe in it unto other gods, whom neither they nor their fathers have known, nor the kings of Judah, and have filled this place with the bloud of innocents.

5 They have built alſo the high places of Baal, to burn their ſonnes with fire for burnt-offerings unto Baal, * which I commanded not, nor ſpake *it*, neither came *it* into my minde.
* Chap. 7. 31, 32.

6 Therefore behold, the dayes come, ſaith the LORD, that this place ſhall no more be called Tophet, nor the valley of the ſonne of Hinnom, but the valley of ſlaughter.

7 And I will make void the counſel of Judah and Jeruſalem in this place, and I will cauſe them to fall by the ſword before their enemies, and by the hands
* Chap. 7. 33. and 16. 4. of them that ſeek their lives: and their * carcaſes will I give to be meat for the fowls of the heaven, and for the beaſts of the earth.

* Chap. 18. 16. and 49. 13. and 50. 13. 8 And I will make this city * deſolate, and a hiſſing: every one that paſſeth thereby ſhall be aſtoniſhed and hiſſe, becauſe of all the plagues

4 For thus ſaith the LORD, Behold, I will make thee a terrour to thy ſelf, and to all thy friends, and they ſhall fall by the ſword of their enemies, and thine eyes ſhall behold *it*, and I will give all Judah into the hand of the king of Babylon, and he ſhall carry them captive into Babylon, and ſhall ſlay them with the ſword.

5 Moreover, I * will deliver all the ſtrength of this city, and all the labours thereof, and all the precious things thereof, and all the treaſures of the kings of Judah will I give into the hand of their enemies, which ſhall ſpoil them, and take them, and carry them to Babylon. * 2. King.

6 And thou Paſhur, and all that dwell in thine houſe, ſhall go into captivity, and thou ſhalt come to Babylon, and there thou ſhalt die, and ſhalt be buried there, thou and all thy friends, to whom thou haſt propheſied lies.

7 ¶ O LORD, thou haſt deceived me, and I was ‖deceived: thou art ſtronger then I, and haſt prevailed: I am in deriſion daily, every one mocketh me. ‖ O

8 For ſince I ſpake, I cried out, I cried violence and ſpoil; becauſe the word of the LORD was made a reproach unto me, and a deriſion daily.

9 Then I ſaid, I will not make mention of him, nor ſpeak any more in his name. But *his word* was in mine h[illegible] as a *burning fire ſhut up in my bones, and I was weary with forbearing, and * I could not [illegible]

10 ¶ For I heard the defaming of many, fe[illegible] every ſide: Report, ſay they, and we will report it

444 3 ¶ Then said Jeremiah unto them, Thus shall ye say to Zedekiah,

4 Thus saith the LORD God of Israel, Behold, I will turn back the weapons of warre that *are* in your hands, wherewith ye fight against the king of Babylon, and against the Caldeans, which besiege you without the walls, and I will assemble them into the midst of this city.

od.6.6. 5 And I my self will fight against you with an * outstretched hand, and with a strong arm, even in anger, and in fury, and in great wrath.

6 And I will smite the inhabitants of this city, both man and beast: they shall die of a great pestilence.

7 And afterwards, saith the LORD, I will deliver Zedekiah king of Judah, and his servants, and the people, and such as *are* left in this city from the pestilence, from the sword, and from the famine, into the hand of Nebuchadrezzar king of Babylon, and into the hand of their enemies, and into the hand of those that seek their life, and he shall smite them with the edge of the sword: he shall not spare them neither have pity, nor have mercy.

8 ¶ And unto this people thou shalt say, Thus saith the LORD, Behold, I set before you the way of life, and the way of death.

ap.38.2. 9 He that * abideth in this city, shall die by the sword, and by the famine, and by the pestilence: but he that goeth out, and falleth to the Caldeans that

p.39.18. besiege you, he shall live, and * his life shall be unto him for a prey.

7 And I will prepare d
one with his weapons,
choice cedars, and cast t

8 And many nations
they shall say every man
fore hath the LORD
city?

9 Then they shall an
saken the covenant of t
shipped other gods, and

10 ¶ Weep ye not f
him, *but* weep sore for h
shall return no more, no

11 For thus saith the
the sonne of Josiah king
stead of Josiah his father
place, He shall not retur

12 But he shall die i
led him captive, and sha

13 ¶ Wo unto * him
unrighteousnesse and h
useth his neighbours
giveth him not for his w

14 That saith, I will
† large chambers, and c
it is cieled with cedar, a

15 Shalt thou reigne
in cedar? did not thy f
judgement and justice
him?

prepare destroyers against thee, every
ea[illegible]ons, and they shall cut down thy
and cast *them* into the fire.
ny nations shall passe by this city, and
every man to his neighbour, * Where-
e LORD done thus unto this great

ey shall answer, Because they have for-
enant of the LORD their God, and wor-
gods, and served them.
o ye not for the dead, neither bemoan
o sore for him that goeth away: for he
o more, nor see his native countrey.
s saith the LORD touching Shallum,
Josiah king of Judah, which reigned in
his father, which went forth out of this
l not return thither any more.
shall die in the place whither they have
ve, and shall see this land no more.
unto * him that buildeth his house by
esse and his chambers by wrong: *that*
ighbours service without wages, and
ot for his work:
ith, I will build me a wide house, and
bers, and cutteth him out || windows, and
h cedar, and painted with vermilion.
hou reigne because thou closest *thy self*
[illegible] thy father eat and drink, and do
[illegible] justice, *and* then *it was* well with

* Deut. 29. 24. 1. King. 9. 8.

* Levit. 19. 13. Deut. 24. 14, 15. Hab. 2. 9.

† Heb. *throughaired.*

|| Or, *my windows.*

The Author of this scarce little Book is Robert Farley whose published also Lychnocaunia. Moral Emblems. 1638 12mo. & Kalendarium Hunnand Vifo, with portrait by Glover. 1638. 12mo.

E.

Imprimatur.

SA. BAKER.

Octob. 25.
1638.

012314. de. 4.

DISPUTATIONUM Academicarum FORMULÆ.

per *R. F.*

LONDINI,
Excudebat *R. Bishop*
1638

DISPUTATIONUM Accademicarum FORMULÆ.

Contenditur de re nihili.

I.

Opponens.

QVis malus genius turbat ſtudiorum tranquillitatem hujuſmodi contentionibus? Quanto præſtabat concordibus animis in Muſarum campis ludere, quàm cœlum, quod aiunt, miſcere terræ, & tantas verborum excitare

tragœdias; nec quicquam tamen attingere præter quæstionum griphos, frigidas aliquot argutiolas, & illiteratas Gymnosophistarum literas.

Quid hoc? Cassa palearum, si examinas: & tamen quotusquisque circa minuta ista curiosus?

Revera autem quantula hæc sunt, de quibus litigamus? Literæ, syllabæ, voculæ. Ridere mihi lubet, cùm virorum gravium, & grandium velitationes, imò pugnas video in his (verum nomen dabo) nugis: & metuo ut excitent me ad satyram. Nunc cum comico græco, satis mihi inclamâsse;

Λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
Ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπωλίδας

Sed heus tu, vir gravissime, qui περὶ στιγμῆς tam copiosè disputas; an ex hoc mustaceo eruditionis laureolam tibi quæris? Pusilli pusilla tractent. Tuum, tuique similium est ad altiora contendere; ne dum umbilicos, & calculos ludens colligis, otium fallas, & cordatis viris ludibrio fias.

Nimis velim ad manum mihi lau-

ru

rus ſit, quam mordeam; ita præcordia mihi ſaliunt ad riſum. En jam terum in ſcenam prodit curioſus ille ſenex apud *Ariſtophanem*, *Socratem* interrogans, Ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας κατὰ τὸ στόμα ἕδειν, ἢ κατὰ τὴν ῥῶπυγιον. Sapitis auditores, & non ridetis?

Sed vide & attende, bone vir, quàm magno conatu meras nugas agis. Vide ut philoſophatio tua hac in re nihil aliud ſit, quàm mera chartarum conſumptio, & lectorum nauſea. In quo ſanè ineptior es, quod eam ſementem magno labore facias, ex qua meſſem nullam ſperare potes.

De monitu, de prudentia, pauci quærunt, aut ſatagunt: ubi verbi, aut ſcriptiunculæ res eſt, hic lubet λόγες πλάττειν, καὶ ποιμαίνειν.

Cur de ſyllabis verba terimus, de pilis, lutove diſceptamus? Cur tempus pretioſiſſimum, quod ad veritatem promovendam collocari debuit, imprudentes in putidis delirantium homuncionum ſentinis conſumimus?

Et quò tendimus? ad ſeria, ad

solida, ad sapientiam ipsam & virtutem? Imò steriliſſimas nugas nescio qua ambitione sectamur. Et quænam illa? quæ dediscenda erunt si scires; quæ si proferes, non doctior videbere, sed moleſtior.

Quanquam quid hic est, cur quisquam tam amarulentè debeat contendere? Sin pergas, tu philosophaster, de argutis magis, quàm neceſſariis quæſtiunculis quiritari, & litem intendere, me non habebis concertatorem: & tamen vereor, ne non ſit defuturus ſuus *Bitho Bacchius.*

Gauderem equidem revocari Muſas ſeveriores, antehac prorſus exules à publicis Gymnaſiis. Depone, obſecro, tu tandem iſtas ineptias, & indue partes philoſophi: non alius magis idoneus, qui profliget Sophiſtarum phalangas, in quorum caſtris diu meruiſti.

Et quæ tandem gloria, aut quis fructus hujus palæſtræ? Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὗτος, ὁ πολλ' εἰδώς, σοφός. Sed nos plerunque fuco inutilium ſtudio-

rum

rum decepti, ut operosè nihil agamus, splendorem in umbra quærimus, herbam in saxo. Quid enim literæ, si tantùm literæ sunt? quid procera & frondibus opaca arbor, si infœcunda?

Porro, iterum tibi narro, nequissimum animal, non curæ nobis esse, ad voculas attendere, atque ad λέξεις hiare.

Quid autem inutilius? Metuendum est tibi vetus illud Lædorium, τὸν λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ; qui in re non ita magni momenti, & jamdudum evictâ, tantum testimoniorum inculcas.

Sed piget hujusmodi næniis multum operæ collocare: piget mehercles subtilissimas istas subtilitates, quibus solis penè nunc in scholis applauditur, agitare; quæ ejusmodi sunt, ut extra scholas tractata frigeant.

Res levicula est, & momentum non habet: disquire aliud, & quod sit ponderosius, & quod lancem plùs deprimat, ac validius. Ne ponderentur jam voces, sed res, & artium

fundamenta insideant lanci. Pulchrum sanè hoc, & verè philosophicum: tumida verò proloqui, magnificéque nugando διατριβὴν ἄργον ποιεῖσθαι παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Tu verò, quas non spinas spargis? Miseret me tui, doctissime vir, qui bonas horas tot ac talibus nugis malè contriveris. O intempestivam, sapientiam dicam, an curiositatem! Dispeream, si quicquam adhuc prodiit indoctius, aut etiam stolidius. Sed parco.

Cæterùm studiorum hic luxus est. Spernite, morem Annæo gerite salubriter monenti; *An tu existimas reprehendendum, qui supervacua usu sibi comparat, & pretiosarum rerum pompam in domo explicat; non putas eum qui occupatus est supervacuâ literarum supellectile?*

Quid isthuc est nugamentum hominis? Num reviviscit subtilis iste homuncio apud *Aristophanem*, qui tanto conamine, & curiositate pulicum vestigia dimensus erat? Ipsus est, auditores, nisi ego prorsus hallucinor. O pul-

pulcherrimum certaminis genus, & dignum, in quo tempus, & cerebrum conteratur. Depudet me crassi mei calvitii, qui diu versatus in re philosophicâ, istas tamen subtilitates non assequor, nec quidem novi pulicum passus.

Sunt ista quidem arguta, si tamen digna cognitu, antagonista. Vereor enim, ne cui disputatio hæc sophistica videatur magis, quàm philosophica.

Nugæ nugarum nugaciſſimarum! Et tamen ex his quàm acerba odia? quàm virulentæ obtrectationes? At hic in philosopho desiderem vel micam mentis philosophicæ, qui planè, juxta illud Græcorum, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς, Tyria, quod dici solet, Maria concitaret.

Tricæ curiosorum hominum, quas non extrico: apagete speciosas istas speculationes & frivola commenta; non tanti enim facio, ut in iis philosophiæ succum repositum esse existimem.

Spectate

Spectate verò jam caprinum prælium, ait *Varro*, *utrum Galenus medicus fuerit, an philosophus?* libidinosior *Anacreon* an ebriosior vixerit? sed hæc credo, judices, vobis flocci esse, nec tribunali vestro digna.

Magnus versator est Antagonista noster in re pusillâ, acerrimus digladiator de nihili quæstiunculis. Revera enim, quæ causa pugnæ? περὶ ὄνου σκιᾶς. Litem movebit credo si vel asinus, ut est in proverbio, canem momorderit.

Puerilia sanè! Hæc profectò operosè redarguere, est, penè cum insanis insanire. Quæ enim est σκιομαχία, si hæc non sit? Dic mihi adversarie, quid est, si hoc non sit auras & umbras diverberare, & tanquam adversùs inanem aerem agere pugilem?

Sed ô dementiam! Annon pœnitudo te cepit, tantum operæ in rem tam nihili collocatum? Omissis tandem puerilibus, ad graviora convertas. Non otium est conchas legere

re, veteri proverbio, nec concertare de oleastro.

Illud mihi molestum, quod maximam temporis partem cogar hujusmodi tricis refellendis impendere; de quibus præstaret non ita pertinaciter contendere, ut orbis tumultu misceatur; præsertim cum nec magnopere conducunt ad philosophiam, nec officiant.

Vix unquam vidi hominem te operæ & olei perditiùs prodigum: ita syllabas ad vivum excutis, etiam in minutissimis sudas, ut ne musca quidem huc prætervolet impunè. Dignus es, meo calculo, si quisquam alius, qui *Domitiano*, quando erat in podio solus, operam navâsses.

Nubes Socraticæ, apud *Aristophanem*, mentem de qualibet re nugandi suppeditare solent. Næ tu cum his congressus es; adeo animus tuus λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. O me plumbeum, qui pingui minervâ philosophari soleo! quæ est hæc animorum subtilitas?

Vix lacrhymas teneo, cùm subit quantum

quantùm vitæ jacturam fecerim in ejusmodi iniquè curiosorum hominum frigidis *hæc cetatibus*. Si tantundem temporis, & operæ mihi consumptum esset in bonis artibus, quantum frivolis impensum est, jamdudum inter doctores & titulum & lauream tuliſſem.

Ettamen hujusmodi quæstiunculis dicam, an potiùs stramineis cavillationum sæpe torquemur in publico, & interdum diatriba ferveſcit usque ad pugnam & sanguinem.

Cæterum minuta ista litium, admodum pueris, qui ludunt nucibus, relinquamus, nos grandiusculi sumus. Nam quibus decorum est de re tantulâ, tantâ verborum acrimoniâ, in publico contendere, iisdem non indecorum est, meâ quidem sententiâ, equitare in arundine longâ.

Nimirum in re minimâ ingeniosi, & circa nævulos occupati sæpè lineamenta artium & decorem postponimus.

Respondens.

QVorsum inquis tam multa, in re, literariâ lite minimè dignâ? Falleris. Egregiè falleris. Res non obioboli hìc agitur. Pro ipsâ *Helenâ* jam dimicamus; victoriam non reportaturi in arenâ philosophicâ, si hanc unam amittamus.

Gnavam huc manum admoveatis obsecro vos, viri philosophi, huc nervos omnes intendatis. Digna sanè res, ubi *Carneadis* desudet eloquentiæ helleborum, & aureum *Platonis* melliloquium, & *Aristotelis* Syllogisticum ratiocinium.

Esto. In minimis jam versamur, & nugas agitamus; sed tamen, quæ seria ducant. Faxo dicas statim, non ludieram aut umbraticam esse pugnam, sed veram ac seriam. Hæc folia sunt? paulò post arbores in te projiciam. Hic fumus? Flamma proxima est. Iam faces & saxa volabunt.

Pusilli temporis damnum huc impende: usurpa, quas tu nænias vocas;

cas; invenies in re levi non leve momentum. Præclara sine dubio ratiocinatio, & digna in qua operæ nostræ conterantur.

Minutula quidem & parvi momenti tibi videntur, sed istæ sæpissimè doctores angunt, & torquent, & quamvis perexigua, animum nihilominus ad altiorem contemplationem evehunt.

Cui bono, inquis, rem frivolam copiosè dilatas, & molestiam nobis facessis? Vt intelligas, mi Antagonista, frivolum non esse, sed in hoc uno plurimarum controversiarum perplexæ, & ambiguæ opinionis pelago utrinque fluctuantium puppim & proram consistere.

Num hìc desideras etiam magnificentius aliquod argumentum? animum advertito in rem presentem. Μέγα τὸ πρᾶγμα, πολὺ τὸ νεῖκος, ἀδρὸς ὁ πέλεμος ἔρχεται.

Boni-

Bonitas causæ à te stat; nostra pars non est disputabilis.

II.

Opponens.

COndonatum mihi iri sanè cupiam, speremque auditores, si in argumento, admodum jejuno, jejunus & infœlix sim, bonam causam vel infans sustineat; malæ, vix *Cicero* Patronus sufficiat.

Sed aggrediar, non tam spe vincendi, quàm experiundi studio, ut potiùs cùm officio morem gesserim, desideretur in me prudentia, quàm si id non fecerim, benevolentia requiratur.

Non usque adeo mihi ignotus, ut tenuis philosophus, vel magis infimæ,

mæ sortis homuncio, tam arduam provinciam mihi sumerem, quæ & summum philosophum, & authoritate præditum postularet. Sed tu tui juris es in proponendo; & ego frustra cogito de deponenda lite. Postea quam enim productus sum in proscenium, peragenda est mihi fabulæ pars, quam mihi Choragus injunxit.

Excusatum me habeatis, quæso, quia non in promptu mihi est, qualem vos desideratis, rotunda, nervosa, & circumspecta satis disputatio. Arduum est quod petitis, & per exiguis ingenioli mei viribus sanè impar.

Pro dolor! fugio profectò hanc provinciam; non effugio. Sub alieno imperio vivo, in hanc arenam detrusus sum. En adversrium concitatum, & toto bello circumseptum incedentem. Quis me eripiat ac servet? quis Homericâ involvat nube, & subducat? Timere nefas. Stabo pugnaboque, auditores, non causâ fortis, sed vestræ benevolentiæ fiduci incon-

inconcussus adversarii spicula elidam.

Forticulus ne tu mihi videare, qui tam securus in disputationis palæstram descendis? qui tam confidenter in arenam provocas adversarios? Nihil minus. Indubitatæ causæ tuæ certitudini, non tibi ipsi confisus, cum doctissimo quoque congrediare, cum Musis ipsis certamen ineas.

Maximæ verò te inertiæ, vecordiæque condemnem, si cujusquam in experiundo facultatem aut vires extimesceres; si propugnaturus causam, quæ tantarum virium est, ut seipsa queatur, *Thersites Achillem* lacessere reformidares. Sit ingeniosus adversarius tuus, sit eloquens, sit exercitatus, sit literis contritissimus, sit denique omnium librorum helluo; tamen aridus, & balbus appareat necesse est, cum hæc tam ἀδύνατα sustentabit.

Nos pro causæ sterilitate quod licet præstabimus; tibi nihil non egregiè suppetit. Tu extra omnem aleam positus hodie in theatrum depugnaturus descendas; nos non sine maximo

mo nostro periculo manus conseramus.

Tu tam densis & confertis argumentorum agminibus me premas, ut prorsus intelligam, quàm sim infans ac jejunus ad te collatus: ita acriter & multis machinis me oppugnes, ut nesciam an sim repugnando. Sed Quoniam eloquentia tua fine aliquo, velut Antagonistâ, jaceat obscura, levibus te stimulis pungam, atque excitabo.

Penes te est hujus certaminis victoria. Quid mirum? causæ patrocinium agis, quæ inexpugnabilibus vallis, & muris inconcussæ & indubitæ veritatis munita, extra teli jactum, quasi in portu navigat.

Equidem non sum tanti, ut vel mediocrem locum mihi sumam in philosophis, existimem tamen (si hodie tuas partes agere mihi liceret) satis me valentm esse qui docerem hunc solem meridie lucere: & certè hoc scio quantuluscunque sum, periclitari me non posse, dum immotâ veritate fultus, adversus talia commenta, tam

insulsa

insulsa, tam bruta, cœlo terrâque juvantibus præliabor.

Quare si post tot integra consulta volumina, post tot devoratas molestias, exantlatos labores, nihil proferam jucundæ subtilitatis, sterilitati, oro, hoc condonent auditores. Ignoscant mihi, non Herculi, sed homuncioni, si ad metam collineans, non pertingam, quæ procul est à Iovẽ, procul & à fulmine.

Vin' Trojam expugnem miſellus homo? Non diffido modestiæ tuæ: iniquum est, non postulas. At longè difficilius profectò munus hoc, & cui obeundo vix unus *Aristoteles* par esse possit.

Haud est difficile desertam causam sine pulvere vincere. En opinione tuâ constitutos omnes, reclamantes nullos: adeò ut non solùm sine plaga pugna hæc sit, sed sine sugillatione aut morsu. Victoriam sanè reportabis, sed incruentam & ingloriam.

Si quid temporis ab hac causâ surfurari fas sit, in secundam libentissimè transferam; majori enim apparatu

ratu ad illam tuendam venio. Nostrum verò officium, si hìc desiderabitur, gustum tantùm dabo: satis erit libâsse aliquid de sterili quæstione.

Cum hujusmodi causâ mihi res est, ut planè lupum auribus teneam, si quisquam alius. In recusando, fugam adorno; in deposcendo pugnam, suffocor. Sed quid moror? eò jam deventum est, ut assentiri tibi, vel in te differere cogar. Ingenii igitur nunc subeo aleam, & ordior.

Respondens.

THeatrum universitatis rerum ponamus ob oculos; quicquid est uspiam, peragremus: omnia tibi argumenta suppeditant. Probam profectò nactus es materiam, tu facito, probum artificem præstes.

Quotusquisque philosophorum non invenit, quæ pro causâ tuâ diceret? Quid opus querelando moras nectere? Libros consule: videbis, quàm inconsultò in authoribus argumentis con-

confertissimis argumentorum penuriam nobis objectas; velut aquam in profluente quæritans, & cum *Tantalo* inter undas sitiens.

Atqui pleni sunt libri contra ista ipsa dissérentium philosophorum: imò tantâ argumentorum copiâ & ubertate luxuriant, ut si totos dies opponentis munus obiturus esses, satis ad disputandum suppeditarent materiæ.

Age vero: dispone in me stylitui aciem. Nitere pro veritate, quæ, nisi fallor, à te stat. Desine tandem, erudite vir, si honori tuo consultum cupis, teipsum traducere magis, quàm causam, qui tam facilè paratus sis ad resistendum, & cui, tanquam è confertissimo penu, tam abundè suppetit, quo partes tueare tuas.

Tu autem muneri isti, quanquam ampliſſimo, adeo non defuisti, ut longè etiam superâsse videaris. Et haud scio, an hoc consilio suppresseris materiam tanquam sterilem & jejunam, quo major esset ingenii tui gloria, qui potueris elephantem ex musca facere.

Victoria

Victoria sanè alterutro declinat auxiliaribus argumentis utrinque suppeditatis. In tanto sustinemur æquilibrio contentionis, ut utramvis certaminis partem facilè sustineas.

Vtraque pars, imprimis verò tua, solidis ac crebris argumentis sic differta est ac communita, ut causam certè probabiliorem, & benigniorem non optarem, si ego hodiè ad opponentis partes explendas adessem.

Voles per singula volumina: cernes infinitam argumentorum congeriem. An putamus argumenta nobis oscitantibus in ora delapsura? vitanda est improba Syren desidia.

Ac licèt quæstio sit sterilior; tamen à *Cicerone* didicisti, nullum esse tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret; & nihil esse posse tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Sedperge porrò querelam instituere, lejuna causa? Non resisto. Insensate! Quiste protrusit implumẽ ad omnium ludibrium,

dibrium; qui causæ tam depositæ
tronus accederes.

Paucula tantùm si evolvas & per-
rras, quæ agitantur, facilè ani-
um confirmes, ne labascas, vel con-
das. Non enim est difficile, ejus
rtis, quam propugnas, patronos in-
nire, à quibus amentatas hastas ac-
pias.

Quis non ad opem tuam coiturus?
uis non omnem movet lapidem,
o causæ meæ vim, & aciem obtun-
t? Omnes profectò omni telorum
nere arietare ac perfringere moliun-
r. Non est quòd de sterilitate tam
ultis conquerare.

Non audio. Locus, tempus, causa
a bona suadent uti differas. Pe-
e tam bella occasio non de-
t.

Summis tantùm labris delibare ne
fficiat; affluenter & ad fastidium
que ingurgites: imò totum te ar-
umentis immergas. Profundius
im differendi pelagus nequis
ranſnatare.

Magnis apparatibus pugna utrin-

que adornatur, & diu nutat fortuna, velut anceps, utris velit addicere victoriam. In tanto enim discrimine sita est, ut disserere facilius sit, quàm discernere cui parti te addiceres.

Vltro citroque copiosè, & graviter ubique hoc agitatur singulis adversùs singulos dimicantibus. Dies abeat priusquàm, quæ in utramque partem dici & disceptari solent, enumeres.

Disputa Syllogisticè.

III.

Respondens.

MVltas tu quidem minutas Τομὰς facis, ut in arguendo vehementior, & acuratior videare. Quin effinge Syllogismum *Zeno* noster. Quis enim, quamvis plumbeus in Dialectic

ſcticâ, non poteſt, ex tuis parvis Logicalibus, quidvis ex quovis inferre?

Obſecro te, mi Antagoniſta, quæ ſparſim diſputas, uno faſce conſtringas; ut ſine tormento ingenii verborum ordinem, & argumenti tui ſenſum deprehendam. Mihi quidem, extra ſyllogiſticam formulam, confuſa planè, & involuta diſputatio.

Nonne mihi res eſt cum egregio nugatore? Connecte iſta arctiùs in manipulum ſyllogiſmo; ut ineptias tuas videamus, qui tam multa ſtolida, & ἀπροσδιόνυσα deblateras.

Cùm autem in ampliſſimum controverſiæ campum ingrediatur diſputatio; ne vel nimis anguſto decurrat alveo, vel ita redundet, ut extra ripas diffluat, terminis ſyllogiſticis, quos fixit Logica, eam coërcere decet.

Pungis nimirum iracundis interrogatiunculis, quaſi aculeis; verùm contexas has in formam, & concludatur quæſtio juxta leges Dialecticorum.

Nihil impedit quo minus tu

hæc complectare syllogismo, nisi ut migrare argumenta tua possint quo voles.

Argumentum omnino dissolutum est, nervis caret & ordine. Quanto fortius, si dissipata ad methodum revocasses, si scopas solutas collegisses.

Contrahe, contrahe vagum illum laxumque linguæ cursum. Liberum non est quolibet evagari. Extra cancellos, mihi crede, si laudem philosophi ambis, egredi nefas, quos tibi circumdedit Logica.

Frustra constituerunt Dialectici modos disputandi, si tibi liceat, vagâ, effræni, desultariaque licentiâ spatiari, & præscriptum Logices impunè transilire.

Mitte Stoicorum nimis concisos modulos, è quibus argumenti scintillam non excudes.

Cogas hæc in syllogismum, & tanquam in certos nidulos redigas; neque temere nunc hâc, nunc illâc rapiaris.

Obsecro in pauca confer quid velis, & compingas in syllogismum; vagabitur

itur aliter, & extra ordinem excur-
t disputatio.

Quid hoc est? an nescis, bone vir, syllogismum secundum *Aristotelem* contexere? an quartam reduces *Galeni* figuram à *Zaberella* haud ita pridem tam multis explosam?

Opponens.

REctè me officii commonefacis: obsequor; & currentem, ut aiunt, incitas; si tamen hæc in syllogismum asciſci queant. Res gravis est, & copiosa; quàm si in angustis syllogismi cancellis concluserim, non ita tractem, ut debeam, sed aliquanto minutiùs.

Sed tu revocas omnia ad formam, in syllogismum cogis, tyronum artem factitas; nec mihi liceat, ut vulgò jactatur proverbium, *sine cortice nare*.

Excitat, & difflat syllogismos adversarius noster, ut pueri in testa bullas; nec ambulat aut sedet, nisi in

modo & figura; imò summâ jejunitate præscriptis quibusdam formulis ita me quoque alligavit, ut more Prætorum, tria tantùm verba proferre possim.

Aristoteles ad rationes perspicuitatis splendore collustrandas, aliquanto liberiùs evagari præcipit: Nostri contortulas tantâ ficcitate torquent conclusiunculas, tanquam a Samnitibus cogerentur in anguſtias, ad furcas Caudinas, ut ne pedem quidem quoquam commovere liceat.

Nihil opus his monitis; mihi revera, qui extra syllogismos rarò versor, sed strictissimæ disputationis formulæ me accingo.

Disputas Fallaciter.

IIII.

Respondens.

NOn possum quin tibi caput demulceam, Cretensium omnium versutissime. Ad populum phaleras: ego intus, & in cute novi. Aliis fucum facito, mihi planè notus es, neque potes impostura facere.

Inter cæcos regnet luscus; apud vides valeat fucata hæc tua, & luciga disputatio: hæc tuis ingeras quantum voles; mihi nunquam certè sic impones, etsi reliquis acutior es, & rectiores in arcem veritatis cuniculos agas.

Euge! O fraudem reginam omnium! verborum hic insidias sentio potius quàm vires. Quid mirum? sic munita rationibus nostra causa, ut nisi

dolo, ingenioque tentari non potuerit.

Nec in tantum sum obesæ naris, etiamsi minimè suspicax, planéque simplicis ingenii, ut mihi non suboleret, quid hic ageres callidus veterator, & artifex nequitiarum ad ungnem factus.

At interim prudentiam desidero in te, qui hujusmodi technis quenquam allici posse credis in castra tua. Si quem cordatum virum alienare velles, qua ratione id potiùs faceres? Satis autem declaras συκίνην esse, quod aiunt, ἐπικρίαν, quum in re tam periculosâ talibus fidis præsidiis.

Hominem improbum! Quàm turpiter ego deceptus sum ab illo? Solenne est, Auditores, Antagonistæ nostro, cum intelligat se non posse adversâ fronte adversario suo occurrere, in syllogismum rem conferre juxta suam amussim; ut eludat sophisticè, quod solidè non potestre futare.

Astute homo, tace sis. Sat longo tempore jam, ex occulto tu mihi verba dedisti. Fraus jam tua detecta est;

nec

nec superabis posthac palpum obtru-
dendo.

Apage hinc quò dignus es, tam sce-
stæ fraudis author. Argumentum
scrutamini, auditores, lapides occul-
antur. Pellem vulpinam sume, sub-
ole vir, & etiam veste ingenium lo-
quere.

Ne te simiam, aut columbam se-
ari dicas, Antagonista, cum alia
nædam obliquis aggrediare machi-
ulis, ut est apud comicum; ne-
um recalcitres, si post tantam alter-
tionem sophisticen factitare nobis
dearis? præsertim, cùm tam tur-
iter vulpinantem te hic deprehende-
mus.

Hicquis, vel mediocriter instituus,
lium cuniculos hostium reformi-
t? ejusdem commatis reliqua tua
nt, & verborum fallentium solo ap-
pparatu instructa.

Sub larva illudis. Examina hæc ad
egulam, & evanescent.

Omnia sophistici myrothecii pig-
enta profundis, impostorisque tuis
olorem inducis, ut nos deludas ar-

gumentorum imaginibus. At tibi nebuloni nemo hominum adhibet fidem.

Eheu quot nobis objecisti hic versutias? *Versipellis* tu homo totus es; sapientia tua omnis versutia, & ἐυτραπελία mera est. Ad philosophiæ nescio quam umbram confugis, ut os populi meruisse videare, quod tibi philosophari est.

Hem astutias! Quod argumentis dissolvi nequit, fallaciis eludis. Et, ut ille olim Spartanus, τῇ λεοντῇ impar, pellem assuis tibi *Vulpinam*. Sic pugnat, sic est metuendus *Ulysses*.

Etenim quæ objecis, malis flabris coacta sunt, & fallacem tantùm serenitati nubem inducunt. Pugnare audes, ut pulverem colligas; focum struis, ut fumum objicias; movet omnia, ut rerum saltem umbris terreas: sed quid est? Fac extrema, Sol tamen lucebit; deprime veritatem; tamen emerget.

Cudenda est igitur nova Logica, aut excogitandæ sunt novæ regulæ ad imposturas hujusmodi pallicandas.

Quantum

Quantum possit adversarius in nectendis sophismatis, & quàm multis ex ea palestra stipatus palmis redeat, vidimus, auditores; qui sub verborum lenocinio falsa pro veris obtrudit, ut insidiis me fraudulenter involvat, & illaqueat.

Sunt vero multa in his fucatiùs concinnata, quam veriùs, & plus coloris, quàm succi habent. Falsâ enim argumentorum specie, sophisma to mihi imponis, & in arguendo plaè logodædalum agis.

Vt molestus es, & ingenio *Versipelle*, qui nos ità ludere pergis? Exige ista ad veri lancem, & hic vigila paulisper, lector, ut accipias novam hominis technam. Nam certè si huic arg. larvam detraxeris; cordatis omnibus ridiculum erit; adeò totum est σοφισικὸν, & captiosum.

Sed tu paralogismis tantùm affectum impendis, & ex imo pectore in adversarium despuis. Expectant auditores argumenta, sine phaleris; aut fallaciæ lecythis. Spurium suspicantur, cum pleno & Asiatico

Asiatico verborum lenocinio adumbrantur. Quæ vera germanaque, extra nubem sunt, & quales. Gratiæ pinguntur.

Sed video mihi insidias strui per te hominem argutissimum. Exuis enim personam philosophi, & subdolis artibus impostorem agis.

Ah me miserum! quibus circumagis me modis dolosis? Fucum ita dissimulas artificiosè, ut etiamsi *Lynceus* sim, nullum possum deprehendere.

Explodantur, auditores, è publicis Gymnasiis, nebulones isti maximi, pessimique præstigiatores; si salvas volitis bonas literas. Isti sanè, ut graviùs lædant rem philosophicam, sub induta philosophi toga subdolè sophistam agunt. *Mutemus*, inquiunt, *Clypeos*, *Danaumque insignia nobis Aptemus*.

Non ignoro qua arte in me molimini: nec tam plumbeus, in argumento, quamvis splendidè decorato, nihil ut technarum dolive apprehendam, cujus tam putidas fraudes admodum puer facilè subolfaceret.

Nocturno

Nocturno prælio, obscurè, & dis-
mulanter, verùm aperto Marte, &
ce clarâ, mecum congredi non ausis.
lusta in me fallendi arte machina-
s; verùm hanc schola philosopho-
m exsibilavit.

Quod argumentis confici posse
sperας, nefariis machinamentis id
rditum is.

Opponens.

EAccuimam de sophismate nos su-
specti esse possumus, aut quo
ndem modo id adulterinum judice-
r, quod unicam in fucatæ syncери-
is obrussam non modo non refor-
idat, sed etiam flagitat.

Dolos, fraudes, machinas impro-
s disjice; acclamabimus, Age,
tato ad lancem, & recita syllogis-
um; videbis stateram minimè
ansgredi.

Ita velint judices me causâ vince-
, si ullum ego apicem huic inseruі
argumento

argumento, qui cum hoc pectore dissideat.

In librili, si placet, perpendas argumentum, & ad dialecticæ perpendiculum explores; examen non defugio. Si rectè ponas calculum, non te fallaciter elusum reperies.

Quin audite vocem hominis, qui adversarium prævaricationis paulò antè arguerat, & dicite mihi, judices, annon ipse prævaricator sit maximus.

Simplex olim, & ingenium minimè fallax, in spinosum apud vos sophisticè disputandi artificium jamdudum degeneravit. Et tamen de fallaciis conquerimini; & qui toti estis ex fraude, & imposturis conflati, nobis σοφιστικὴν exprobare non erubescitis.

At deprecor vos, ne si quid festiviùs fortè lusi, id statim in paralogismi calumniam rapiatur. Sed quid putemus? Est adhuc non *Verres*, sed *Quintus Mutius*; non *Creta*, sed *Areopago* productus judex.

A fictione mendacioque sic prorsus abhorret

abhorret argumentum, ut ne ipsa quidem simplicitas possit esse simplicior.

Sophista nec audivi unquam, nec cupivi quidem. Agamus purâ, verèque philosophicâ sinceritate; in me nihil fuci reperies.

En jam syllogismum ad regulam sic correctum, ut ab ea ne transversum quidem unguem, vel Momo teste, discedere videatur.

Quid si artem arte lusimus, & juxta vetus proverbium, contra *Cretensem* cretissavimus? Candidè tecum actum puta. Mille enim tibi artes, si quis similibus congrediatur armis; impetendi, mille repetendi, totidem evadendi, elabendi, eludendi.

Verus syllogismus, vel Aristarchi calculo; & quem non recuso exigi ad obrussam.

Negatur

Negatur Major propositio.

V.

Respondens.

QVid si tibi minorem inficiar propositionem? Sed transeat: majoris probationem à te exspecto. Age acuas ingenium, & mordeas utrumque pollicem, ut præstes.

Proba quidem argumentatio, sed si majorem negaverim, falsa enim est, ruet prorsus.

Da inquam majoris probationem, si vir es. Viceris, si vel hilum dederis: si non, supinæ inscitiæ in re philosophica manifestus es.

Vereor, ut minorem largiar; quanquam in illa lubentiùs tibi accedo; sed procedat: major verò maximè fluctuat, tuumque auxilium implorat. Succurre itaque.

Opponens.

Opponens.

VTramque video probè posse defendi: sed tamen majorem si dederis, feceris gratissimum, neque iniquum. Omni verò ex parte oportet munitum esse argumentum. Si quis dubitet? En probationem.

Delibera de majore. Probatione non eget. Si tamen regeras, ego possum fulcire.

In minore non hærebit, cui sanum cerebrum: de majore si quis ambigat; evidentissima producam, quæ distorquere non poterit, & probatissima, quæ respuere non audebit.

In quo utique probando nihil est quòd me vehementiùs torqueam. Tam facilè enim vincam, quàm vulpes (ut ait vetus verbum) pyrum comest.

Des

Des Rationem.

VI.

Opponens.

HOccine est argumentis respondere, ut quod operosè, & accuratè probatum est, negando tantùm solvas? Non tu disputator, sed dictator es, qui sic pro imperio sine ratione loqueris.

Ostende hoc, & triumpha. Tu ais: quid præterea? ais & ais. Actis credis, sed non solidis: conjecturis accedis, sed conjecturis: rationem certè adferre non poteris.

Quàm diu tam deploratas rationes inibitis, viri longè doctissimi? Adeone ad incitas redacti estis? Cùm exirem ex Ephebis, jam tum istiusmodi percallebam ratiunculas; sed à vobis subtiliores expostulo, quàm quæ à philosophorum plebiscito desumptæ sunt.

Con-

Confidenter tu ista; sed quia dicis tantùm, verba sunt, & evanescunt.

Enarres, humillimè te deprecor, rationes, quibus dogma hoc, jam per tot secula à sapientibus viris stabilitum, impugnas. Si hoc præstes, eris mihi semper magnus *Apollo*.

Tu asseris. Quid tum? voces tuæ sunt, sed voces. Fige radicem hujus *thesεos*. Affirmation simplici minus fidei, quàm *Cretensis* mendacio adjungam.

Quis color huic assertioni inducatur? Certè dubitandi causam mihi suggerit altum tuum de rationibus silentium. Videamus autem quibus argumentis evincere satages.

Involvunt hæc intellectum meum. Si me amas igitur, paucis verbis horum omnium, quæ tetigisti, rationem dicas.

Verùmenimverò altiùs repetenda res est. Investigemus quæso, quo rationis fulcro hanc fabellam decolorabis?

Opiniones has, & conclusiones magistra-

magistrales tuas nullâ ratione fultas, nobis impudenter obtrudis, ut axiomata. Sed frustra es: nec apud me proficias, si non demonstraveris argumentis. Nihil firmum puto, quod non solidis rationum nervis, & viribus teneatur stipatum.

Cur refragaris, aut opponis? Miseret me tui, qui opinionis fræno, sive capistro regeris, rectæ rationis oblitus.

Cur nescire pudens prave quàm discere malo? Verum profectò fateor: hæ de *maris æstu* rationes, meas quidem feriunt aures, at non intellectum.

Perdoctè quidem, sed ejus rei causam mihi explicare ne graveris.

Hem, verè tu hoc & acutè. Sed tamen ostendas mihi, Antagonista, quo argumento edoctus es.

Temeraria assertio tua est, & cui nullum fundamentum: nuda non magis ratione, quàm veritate. Age verò, Doctor acutissime, inquiramus qua de causa.

Tun' hoc abnuis? At consule prius

qua

qua ratione possis, quod suspicione vacat respuere tam leviore.

Sed etsi frustra rationem à te quæro, tamen, dic sodes, quo tandem rationis stabilimento tuam tueris opinionem?

Grata mihi foret sententia hæc, si ratione aliqua confirmares.

At non es hìc cum risu dimittendus, sed prensandus, ut aliquam reddas rationem, cui hæc tua innitratur affirmatio?

Verum est quantùm ego opinor. Ostende tu (cui nihil in abstruso situm est) qua adductus ratione neges.

Respondens.

NVnquam defuit ratio pro veritatis tutelâ. Sed cùm tu Pythagoricè affirmes atque disputes, mihi, quòd Pythagoricè respondeam, succensere non debes.

Vin' rationem? *Aristoteles*, nobilissimum illud philosophorum sydus, non edocet; neque ego tibi nunc debitum

debitum exsolvam; sed bonâ fide interea pignori relinquam ingenui, candidique animi verbum hoc, *nescio*.

Quid causæ? quid juris? Nihil his frequentius in ore tuo; aures verò obsurdescunt ad rationes solidissimas, tanquam aspides ad cantum.

Noli furere, ut soles, ad conspectum rationis meæ, veluti ad *Gorgonis* caput. Placido animo si excipias, si excutias, haud temerè improbes aut damnes.

Non Sequitur.

VII.

QVis adeò vecors sit ut hujusmodi consequentiam aut illationem faciat? Inutilis est tam ridicula tergiversatio, quæ apud fungos tantùm valeat, qui nesciunt quid ex quo sequatur.

Invalida

Invalida est majoris sequela; videamus an probatio sit fortior.

Obfirmatâ prius consequentiâ, coronam tibi merito adscribam & triumphum.

Corolarium quod subjicis, adeo putidum ac vernile est, ut pigeat penè ac pudeat refellere. Ferulâ hic opus est. Puer rideat istam consequentiam.

Insciti a hìc an impudentia, quis facilè dixerit? quæ enim est vel verisimilis hujus consequentiæ ratio?

Prima concedo, consequentia reprehendo. Præstes tu nobis antecendentis, & consequentis connexionem; en ultro manus damus.

Disputa categoricè: valentissimum profectò pugnandi genus est. Quis enim, quamvis hebes in re philosophica, non videat, in hypotheticis quanta insint incommoda.

Nam quod subinfers, petite Dialectice, planè ἀναπόλυθον est ad præcedentia, nisi per equuleum torqueatur.

Non

Non rectè Concludis.

VIII.

ITa est. Non rejicio præmissa tua. Verumenimvero, vir ingeniosissime, vide quid inferas?

Siccine tua concludit Logica? Antiquum obtines, inferendo illud, quod est distortissimum.

Si concedamus tibi præmissa, etiam nihil adhuc efficis. Quid enim hinc extundes? Ego, quanquam intentus, nihil elicio.

Nihilne puduit te tui? aut adeone fucus ille puerilis veteratorem delectat, quo plus est in conclusione, quàm in antecedente?

Verè præmittis, obsecro, reflectas pariter. Demus enim quod assumis; quid inde colligis? Hìc contra nos nihil nisi ἀνεπαμφότερος concluseris.

Quàm inepta, & absurda sit collectio ista, utrâque manu palpari possum. Exsculpes cum tota ingenii tui vi ta-

lem

lem conclusionem, & en ultro tibi arena cedo.

Si verò hoc fit demonstrare, multa quasi in cumulum conferre, nihil ad extremum inferre, præclarè tu quidem perfunctus es officio summi demonstratoris.

Euge, disputator acutissime. Rem acu tetigisti. Quis non miretur & metuat subtilitatem incredibilem tuam, qui aliud pro alio, & quidlibet ex quolibet concludas.

Demonstratio hæc tua prorsus dissoluta est, neque concludit ἀποδεικτικῶς.

Quid non conficiet talis Logicus? Quem non feriret sic concludens in *Ferio*? O me miserum, qui non didicerim hanc dialecticam.

Ecquis unquam vidit conclusionem magis obtorto collo? Hem, quanta cum violentia trahis ad illationem, quæ ex diametro repugnant?

Quanquam, quæ tu præmittis, non evincas, tamen ut rata transeant; quid inde lucraberis? Hoc nihil aliud est, quàm tempore, & auditorum

rum ocio abuti & sophistico more ἀ-σολεσοχεῖν.

Bella collatio! An hinc concludas τὸ κρινόμενον, dicant illi, quibus mens non est in calcaneo.

Disputas Scurriliter.

IX.

Opponens.

O Vipereum malum quovis aconito, quavis Cerberi spuma nocentius! Quæ Sphinx, quæ Chimera, quæ Tisiphone, quæ larva cum isto malo conferri jure possit, quod nobis tu nuper evomuisti? Ejusmodi ne portentum solem purum aspicere? Vox erumpit tanta cum maledicentia, ut latrare jurem cum loqueris.

Tanto modestiùs *Ajax* & *Hector* apud *Homerum*, inter se de sanguine certatim colloquuntur, quàm non-

nulli

nulli de nugis nescio quibus disputaturi; quas si sequantur, caveant, ne meritò catulis latrantibus à *Socrate* comparentur.

Vix est quin exclamem; malè pereas, os impudentissimum. Sed absit, ut alienâ intemperantiâ, quamvis magnâ, moderatio nostra obruatur:

Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον
Ἐστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.

Num tibi impurus sum, atque cinædus? Dignus sanè es, quem tuis verbis alloquar: sed me reprimo, & cum *Aristophane* dico Ῥόδα μ' εἴρηκας. Scurra sum? Κρίνεσι στεφανοῖς. Num petulans, rabula, crepitaculum, astuta vulpes, veterator, simulator, spurcus, fœdus? χρυσῷ πάττων μ', οὐ γινώσκεις.

Nolo, ut cuidam maledico *Demosthenes* respondisse perhibetur, in illius tecum, certamen descendere, in quo Ὁ νικώμενος τοῦ νικῶντος ἐστι κρείττων.

Egóne tibi falsus? Tu mihi. Nimiùm audax? σὺ δὲ γ' ἀρχαῖος. Re-

taliare possum, sed quo fructu? Desinamus ergo reciprocare hanc serram.

Sed temperemus obsecro ἀπολογήματος acrimoniam, sive potiùs γλυκυπικρίαν. Oppugnemus rationum soliditate, machinisque verè philosophicis, è Musarum scholis petitis; non linguæ petulantiâ, non verbis maledicis è trivio arreptis. Audiat uterque nostrum Amicus juxtà & Antagonista; subtilis pro ingenio; suavis pro affectu.

Quid cum hujusmodi rixis, iis qui Gratiis ac Musis sacra faciunt? Aliud opinor est disputare; nam ut in adversarium magnâ voce detones, nihil opus est philosopho, cùm idem possit scurra quilibet. Sed tu aperto Marte diffisus, & impar argumentis, ad artes confugis & sycophantiis cneras.

Quis noxius Dæmon, quæ Erynnis, quis malus genius pestem hanc invexit philosophorum disputationibus? Bellatur inter eruditos penè perniciosiùs linguis, & calamis, quàm

hactenus

hactenus inter principes bellatum est ferro.

Et ô tempora! ubi interim Musæ sorores? ubi harum sodales simplices Gratiæ? Parum erat, si hæc puerorum duntaxat conflictatiunculas corrupisset; in seniorum etiam invasit argumenta, supercilio plusquàm philosophico seipsos alternis vicibus objurgantium.

Nunc mihi cum lingua *Tartareo* veneno imbuta; mihi cum monstro illo plusquam *Lerneo* res est, non *Herculi*, sed homuncioni. Sceleratissimum profectò homicidii genus est, venenum in lingua, non in pixide circumferre.

Audite patienter, auditores, & erubescite, & mihi date veniam recitanti, quæ adversarius evomuit in chartas, ut ex unius pectoris impuro gurgustio pestem lectoribus inhalaret.

Vellem hìc aut prudentior fuisses, aut modestior. Viri philosophi ast non iracundè, sed leniter, sed candidè

didè objecta retorquere. Σὺ δ' εὐθὺς, ὥσπερ πρῖνος ἐμπηδήσεις, Coäs.

Sed relictâ arenâ philosophicâ, in qua nihil potuit, confert se in campum suum, hoc est ἵππος εἰς τὸ πεδίον, in quo sanè plurimùm valet; & solâ calami petulantiâ mundo innotescit.

Philosophicus sermo erit, qui sine læsione, & cui verecundia modum præscripsit atque legem: tu notissimus apud omnes blatero, & planè βόρβορος ἐκ τριόδου non minùs petulanti, quàm indoctâ maledicentiâ grassaris, & pulsâ verecundiâ petulantium verborum scaturiginem evomis.

Non *Agamemnoni* defuit *Thersites*, non *Homero Zoilus*. *Momus*, ut est in fabulis, si nihil aliud *Veneris*, ut sandalium certè carpet. Nemo nos homunciones communi sorte sigillatim eximi posse somniemus.

Tu quid? de iis loqueris; an ut aeer? imò ut malignus & amarulentus sis? In viros optimos, leniſſimos, qui

quid nisi virus effundis? verba vulnera sunt; & in calumniam calamum acuis. Quid nunc tandem à quiete ad turbas, à *Musis* ad prælia deduxerit? si philosophum te nescis, hominem cogita: & inscriptis tantorum virorum, si quid non ad tuum gustum, citra furorē nauseam judica.

Sonuit nimiùm diu tuba ante congressum; convicia fortiter utrinque regeruntur. Sed ô dementiam! dum hujusmodi calumniis nostrum negotium, & alienum otium perdimus, videmur nobis ipsis docti, videmur acuti, videmur philosophi.

Neque res jam intra argumentorum conflictationem consistit. Atrocibus utrinque conviciis pugna crudescit, dentatis libellis res geritur, ac reciprocantibus maledictis tumultus in rabiem exit.

Stringere gladium si libuisset, quàm multos in proclive mihi fuit abjicere aut repellere, qui etiam nunc modestiam meam victoriam suam ducunt. Pulchrius est aliquando modestiâ, quàm causâ superiorem esse.

At ego malim esse obnoxius alicui opini ni hæreticæ, quod accidisse videmus probatissimis viris, quàm laborare morbo, quo visus est laborâsse, quisquis hæc scripsit.

In præsentia licet mihi vehementer dolere, tale ingenium, insigne quoddam organum ebuccinandæ veritatis, sic exasperatum esse rabiosis quorundam clamoribus. Quis enim sano judicio locus sit, ubi bilis dictat, exequitur furor, urget temeritas, absolvit cœcitas?

Num me sævis dictis protelare cogitas? æquum dices, si, ut pilam miseris, ita remittam. At novum hoc in scholis clypei genus, & parum philosophicum. Verùm *posthac habeo*, (ut dixit *Cato* senior *Lentulo* cuidam in os illi sputum injicienti) *quod illis respondeam, qui negant tibi esse os.*

Vbi quid stomacharis, repentè audio impudens, effrons, mendax, ganeo, & quicquid aliud probrosi suggerit splendida bilis; & tamen istæ nomenclaturæ nec obesiorem me reddunt, nec macilentiorem.

Bona

Bona verba. In pelvim evomas malim, quàm in me. Interim precor tibi micam ſobriæ mentis in tam putido cerebro, ſi tamen cerebrũ habes.

Puduit ais? Imò ſibi viſus eſt ſcurra rem palmariam, ac triumpho dignam facere.

Num quærerem quicquid uſpiam eſt viperarum & aſpidum, ut convicia conviciis retunderem? Ridiculum. *Si me aſinus*, ut inquit *Socrates*, *calcibus percuſſiſſet*, *num aſinum injus traham?*

Non puduit ore tam ſpurco, tamque furioſo in clariſſimum virtutis lumen inſpuere? non puduit hominis, tam ſupra reliquam mortalitatem evecti, quàm tu in fundo & fæce volutaris, dignitatem ſub pedibus proterere?

Quantus hìc λέξεων σοφαμὸς, quum nullus ingenii σαλαγμὸς ſit? In philoſophia inſantiſſimus cum ſit noſter Antagoniſta, ad mordendum & calumniandum linguam habet; & aliàs prorſus à *Muſis*, & *Gratiis*, alienus, in conſpurcanda doctiſſimorum

rum virorum fama, saltus tibi videtur & venustus.

Paratum est telum quod magnâ vi retorqueam: & revera si insectationem insectatione retaliarem, obtexere poteram jus, nusquam gentium non decantatum, *vim vi repellere licet*. Sed non ambio ut in talibus argumentis videar disertus; insaniam planè, si hujusmodi Sycophantiis coner respondere.

Tollite calumnias, & criminationes tandem ô exulceratæ mentes. Etiam minamini? qui leniter sæviunt, sapiunt magis.

Age vero, Rhabarbarum propinemus, ut evadas sedatior, & tandem erubescas ad hæc excrementa hominis parum sani; si tincturam admittat istam critica complexio.

Exulent è publicis scholis barbari isti homunciones, quorum sermones, præter maculas & rugas, nihil crepant: qui sic instructi veniunt sævis dictis, ut malim hostium lanceis, quàm horum stilis confodi. Hi in alios incurrunt morbo, non causâ;

& citiùs desideres in navi lignum, quàm verbum scurrile, & λοιδορίας in horum scriptis. Gaudent pugnâ: Et sicut *Symplegades* olim assiduè collisi, sic inter se isti.

Nequam homo! ut tu omnia, detorques ad calumniam. Sed assuevimus jamdudum his Cataduppis conviciorum tuorum, & audiendi assiduitate callum obduximus.

Voces me Batavum, appelles rudem, crassum, hebetem, ignarum, stipitem, plumbeum, caudicem; non admodum admovebor. Quasi verò non idem possit quivis è trivio barbarus, si pari malitiâ instructus venit, & animi laborat. Adoriare me virorum gravissimorum testimoniis, revincas solidis argumentis, ac tum te jactes esse philosophum, & triumphum canas; ego lubens meum addam calculum.

At quàm maledicè? quàm procaciter? quas intorques contumelias? quâ licentiâ debaccharis? Num convicia rependam conviciis? nihil minùs. Non extinguitur ignis igni, sor-

des

des sordibus non eluuntur.

Nimirum fœminarum est, neque earum laudatissimarum, rixis contendere; virorum, nihil loqui præter decorum; si contrà, quàm deceat, rodantur, non moveri.

Non illud argumentum est, ut sic debaccheris, neque hæc ratio aut modus reducendi errantes. Cui bono hoc convicium? Iam pridem occalluimus ad illud, & rident cordatiores.

Nec mirum, te, quibus es moribus, auderes etiam conspuere os boni viri. Quid enim sic arte, ingenio, curâque elaboratum, in quo non μῶμος ille Græcorum aliquid invenerit, quod calumniaretur.

Vt sim is, in quem ista meritò dicantur, tamen non ignoras, quàm fædum sit, laxatis maledicentiæ venis debacchari. Quod si tu pergis istâ petulantiâ, vide, ne meâ quoque lenitate victâ, tu inter virulentos Sycophantas, inter glorioſos nebulones decanteris. Sed abſit ut hoc eveniat. Mihi rationum robur, &

argu-

argumentorum ſoliditas magis placent; ad ea te provoco.

Non puduit virum gravem tam rabioſam vocem emittere in ordinaria diſputatione philoſophicâ, perinde quaſi ſtipitibus loqueretur, non hominibus?

Næ tu acerrimus cauſæ propugnator, qui in arenam deſcendis, non ut cauſam attingeres, ſed ut perſonam adverſarii calumniandi artificio lancinares.

Linguâ aut ſtylo ubique præliaris, & cum rem non poſſis, auctorem ipſum perſequeris. Nôſti Pacuvianum illud; *Canis quando eſt percuſſa lapide, non tam illum appetit, qui ſe icit, quàm illum ipſum lapidem, quo icta eſt, petit.*

Sed ruptis ſanctiſſimi pudoris repagulis, calumniæ negotium egit, omnemque Muſarum manſuetudinem violavit. Talibus armis Balearis noſter inſtructus, ne plumbum quidem torſit; fecit ipſe, quod telum ſolet, excanduit.

Iam qua inclementia ac penè feritate in me incurris? Felle, non ace-

to

to tibi pectus acre est: quod hausisti, reddis.

Quorsum ista, aut è quo pectore manant? Vbi pudor, ubi candor? Nisi furorem dicam, nimis leniter de effrænatâ hac disputandi licentiâ judico.

Bene spero; evomuisti. Sed conviciare, quantum porro calamus audet, & quæ reliqua congeris, objice; veritatis faculæ relucebunt.

Nihil agis; laborat causa, eum ad rixas & jurgia iur. Hæc expende, & aliquando ad verborum saltem modestiam veni.

Sexcenta hujusmodi regerere quispiam poterat, ut tibi tam speciosè concludenti talione gratificaretur: Sed muscarum est ulceribus tantùm insidere.

In istis verò præcipuè cùm desiderem candorem disputantis, videamus, quàm tu impotenter obgannis. Evomis enim argumenta cum aceto & felle, non aliter, quàm si adversarii fæx & amurca populi sint, & societas eorum, sentina errorum simul ac scelerum Camerina.

Philo-

Philosophum non decet canina ista facundia. Eia per *Aristotelis* genium te humillime deprecor, ut disputationibus, non ejusmodi clamoribus hæc consumatur dies.

Vis audire quantum tua promoveris petulantia? Stultitiæ tuæ præconem agis, qui sic conjuratâ linguâ debacchatis in immerentem. Quis enim est tibi tam favens in hoc auditorio, cui non displicuit vox tam impotens? Ita res in diversum exit, ut dum alienam famam incessitis, vestræ noceatis.

Dux ille ethnicus ferulâ castigavit, qui hosti malediceret, quùm ad pugnam esset conductus. Et tibi non aliud telum maledicâ linguâ, quâ valent improbæ mulieres? Leniter sanè metuo has pugnas, quas rident atque exsibilant, si qui sunt è media plebe paulo cordatiores.

Tot atrocibus fumis, tot formidabilibus minis, & ampullis, quæso quid boni actum est, vel sperari potest, ubi exulceratis omnibus nihil non rapitur ad calumniam.

Quid

Quid ais bilis, & vomica Philosophorum? Quales tu fauces habes, perpetuam instar cujusdam vaporarii maledicentiam exhalantes? Ni longè præstantior esset tua, pulverem excitandi, & vociferandi adversus veritatem, quàm disputandi facultas, miseriter actum esset de tua causa. Sed utrixari ū aliquis finis sit, his vinci patimur.

Inorme convicium, ac proinde tibi meritò per guttur degluriendum. Sed ferendum est. Scurra non aliter loquatur, & qui depuduit, aut frontem perfricuit, aut denique modestiæ omni epicidium scripsisse visus est.

Respondens.

NOn tibi concedam, ut tu virulentam concertationem validiùs oderis atque exsecreris, quàm ego. Cæterùm ubi conviciis atrocissimis impetor, non committam, ut in me velut inermem, quivis asellus obrudat, quivis sus obgrunniat. Memineris

mineris tu officii tui, ego meminero mei.

Auferas tu tela, ego deponam clypeum. Tibi imputes, si parum civiliter accipiaris. Num me vis abjicere clypeum, cùm tu tela in caput meum vibrata, manu teneas? Num me vis exarmatum, Leonibus ac Lupis objici? Sententiam tute ipse feras, utri nostrum fuerit imputandum, si par pari referam, & tua tibi reponam.

Non postulabo te hoc loco eodem ipso crimine contumeliarum atque virulentiæ in me, vel potiùs graviore, quòd impudentiam mihi objicis, sed profectò, ut factum olim *Platoni*, *Diogenes* majori impudentiâ. Certè, si pedem in vestigiis tuis ponerem, aut verbum verbo referirem, diceres non philosophum loqui de cathedrâ, sed plaustro temulentum.

Satisne falsum est, satin habet aceti? At mel hoc dices, faxo, si cœtera deprompsero. Cùm mihi teterrimis, non hominibus, sed portentis conflictandum, lubens experirer, quid posset eloquentia; ni me pudor, ceu *Pallas*

quæpiam

quæpiam *Homerica*, jam capulo manum admoventem, capillos vellicans, revocaret.

Vnde novũ hoc deorũ genus? Illi quos lubitum est hæreticos faciunt, & cœlum terræ miscent, si quis eos appellet Sycophantas. A nobis nil nisi honorificè dictum postulant; illi, quorum pudeat etiam *Orestem*, non verentur designare.

Modum inculpatæ tutelæ qui potes in me desiderare, qui conviciis odiosis lacessitus, nullum regero convicium. Quòd si paucula tantum regererem, quæ tu in me debacchatus es, ludum jocumque esse hæc dicerent auditores, præut tua rabies quæ dedit.

Excutiantur verba mea. Nec latum quidem unguem vel à modestiâ discessi, vel à veritate. Quare desine mihi de calumniâ oblatrare, quòd mores aperiam, quòd portenta exagitem, quæ nemo tam cæcus est, quin perspiciat nimis, nemo tam vehemens, ut queratur satis.

Hic tu civilitatem in me desideras? aut sequius, quàm oportet factum criminaris?

minaris? Fatearis, si vel micam æquitatis obtineas, justissimè concedi potuisse mihi, etiamsi paulo fuissem vehementior. Gravior erat morbus, quàm ut facili pharmaco sanari poterat; profundior Lethargus, quàm ut poterat levi placidaque voce expergefieri.

Lusimus fateor, sed incruentè, licet fortassis plùs satis liberè. Cæterum illud semper cavi, ne quid à me proficisceretur, quod ullius famæ notam alliniret.

Nihil à me spurcè dictum aut seditiosè; neque tu adhuc meis verbis factus es vel pilo nigrior, nisi prorsus contumelia est tibi dissentiri, cùm tu dissentias etiam ab omnibus.

Norunt, qui me norunt, quàm alienus semper fui ab acrioribus istis deletiriis: sed quid facerem? Latrabit æternum hic virulentus scurra, si tacendo videamur cedere, nec aliquâ offâ obturetur ejus gurgulio.

Gemino malo me constrictum video; si responderem maledictis tuis, tibi non dissimilis videar; sin minus, fortassis

tassis plerisque videar agnoscere, quæ tu immeritò in me congeris.

Estne hoc, ô mortalium modestissime, rigidissimo ore maledicere? Estne hoc immanitate barbarâ miras verborum tragœdias miscere? Expunge tu prior, antagonista, calumniam, quam mihi objicis. Nihil hìc fingo. Vestrum planè facinus est: neque sic cristas indignabundus erigeres, si non revera pungerent, quæ loquor. Immoderatiùs tibi videor incanduisse, quoties oblatam injuriam à me depello, de gloria tua ne unciolam detrahens?

Atque hoc illud est, quod tanta cum bile exagitat, & tam odioso stylo umbraticus hic Doctor traducit tanquam *Monstrum, informe, ingens.*

Modò

Modò Ais, modò Negas.

X.

Opponens.

ALiud paulò ante posuisti, & rectè. Qua fronte itaque hic asseris directè contrarium? Quid ni, auditores, cum Satyro exclamem, Apage ejusmodi animalis consortium, qui potest ex eodem ore calidum & frigidum efflare?

Næ tu es parasitus ille Gnatho, qui sibi imperaverat assentari omnia; negare si quis neget, laudare si laudet, atque hæc ipsa rursum in diversum vertere, si lubeat.

Quid ego ex te audio nunc? Iam neque cum tuis, neque omnino tecum constas; atque ut cymba, cui sabuli nihil inest, stans ad anchoras, fluente

ac

ac refluente aquâ nunc hùc nunc illùc proram vertis.

Hominem fluctuantem & *Cacabatium*! In ipso introitu ἀλλὸς ϗ ἀλλὸς; O quanta sensus tui levitas, quanta judiciorum inconstantia!

Vir sapiens in quamcunque partem volvatur, sui similis est: tu claudicas incessu, pedibusq; vacillas utrisque.

Quid tibi ipsi reclamitas, figis, refigis decreta tua; quod modò astruxeras, fœdè prodis, relaberis, recidis? Dic bonâ fide, Antagonista, quid est, si hoc non sit recantare?

Non te pudet tam cito esse de sententiâ dejectum, contrariumque loquutum ei, quod ex ore tuo antecesserat? Tabellis obsignatis tecum agendum video. Nihil enim unquam decernis, quod non mox rescindis; & juxta illud Poetæ

Quæ dederas supra, repetis, funemque reducis.

Quare, quod alibi, ita palinodiam canens, obratiocinaris, vide obsecro quem *Proteum* facis è philosopho.

Quem-

Quemadmodum ille,

Omnia transformat seſe in miracula rerum:

Sic tu, modò Stoici, modo Epecurei, modo Platonici, modo Cyrenaici forma indutus in arenam philoſophicam deſcendis.

Quid hoc rei? An rurſus adimere cogitas, quod tute dederas? Odi homines, quibus in ore ſententiæ natant, in animo nutant.

Aut ego ſum ſtupidior, aut adverſarius ſibi non conſtat in hac argumentione.

Næ tu Euripum inconſtantiâ tuâ vincis, qui ſic evannas ad quemvis ventum, ſic vacillas ad leviſſimum argumenti crepitum, qui tam facili momento huc atque illuc verges, denique *aliud ſtans*, ut proverbio tritum, *aliud ſedens loqueris.*

Miror equidem cur hanc ſuſtineas opinionem, cùm alterius ſententiæ fautor acclameris ab omnibus, qui te perorantem audiverunt. Sed dete non injuriâ canam

Capiſti

Cœpisti melius, quàm desinis; ultima primis
Cedunt: dissimiles hic vir, & ille puer.

Nemo tam inconspectus inlegendo, qui vitium non videat malè hærentis, & incoibilis orationis. Corrige verò & reduc aberrantem vocem: vereor enim ut tibi ratio constet.

Nonne pudet te tam dissona, tam hiantia contexere? Quo ferrumine, quo glutino hæc unquam copulaveris? Age, disputator acute. Hoc efficito, ut duo contradictoria sint vera. Prius aquam & ignem inter se concilies, quàm repugnantia hæc & *dovsasa*.

Quin tu, Antagonista, tibi ipsi cohæreas, & cum teipso præliari desinas priùs, quàm mihi litem intendas:

Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Quid sibi vult ista perplexa inconstantia; volo, nolo; nolo, volo. Aliquid concedas ut in quo pedem figamus, utrinque habeamus.

Vide nunc ut tu ambiguè, & vacillanter loqueris? Sceptici instar, & omnia ventilas, & nihil firmi cõstituis

Hoc

Hoc mihi tribuis ac vicissim refellis & veluti *Mercurius* quispiam versatilis, alius es hîc, alius isthic.

Impudentiam! Tun' quod defendis ac disputas tam prolixè, id te nunquam dixisse affirmas? Deprecari tua verba potes, emendari aut inficiari non debes. Lectores, fidem vestram imploro. Quæso enim frontem hominis videte.

Cæterùm quæ te Medea magicis impostoris in plures formas commutavit? aut quis tandem æstus opinionis rapuit aliorsum; ut quæ semel ædificasti, ut pessimus architectus, destrueres, & tanquam *Penelopes* telam retexeres?

Hem quàm ocyssimè in diversum mutaris ac transilis! Chamæleonta te dixerim, non philosophum. Quod lubet, non lubet jam id continuò; modò quod suasisti, disuades; quod disuasisti, id ostentas; Et velut *Circes* quodam poculo mutatus, in scholas ingrederis *Peripateticus*, exis *Stoicus*.

Pugnant verba tua ἐν ξυμέτρῳ, & aperto Marte; nec satis scio, quomo-

do in concordiam reducas. Quid dicam? Sanè, quin discors tibi sis, antagonista, non *Paterpatratus* impetraverit & omnes *Feciales*.

Quanta hìc levitas & ἀκρισία! disputatio tua tota quàm incomposita, quàm dissona! Multiformis planè es, & tibi ipsi dispar; inconsistentia sese-que undique elidentia loqueris.

Non oportet Philosophum jactari inter duo, est & non est. Ad robustam prudentiam exactiorem esse decet, quàm ut ad levissimam opinionis aurulam sententiam mutet, & cum arundine flectat.

Nullus unquam vel cæcus caballus in via aspera sæpius cespitavit, quam tu in sermone miserè σολοικίζεις. Luxatus credo tibi animus est, qui sic linguam & calamum distorquet.

At illud jamdudum mihi donasti, quod nunc fortiter negas. Verba confer: nihil pugnantius.

Plus fortassis largitus es, quàm putabas; sed quod rectè datum est, ut ait *Plato, non oportet reposcere*.

Huc traheris & retraheris nutabundus

dus & fluctuans, nec in solido unquam consistis. Non unum agis hominem, sed plures; non propositi tenacem, sed hydra magis varium; non philosophum ad cathedram, sed Polypum ad Saxum.

Respondens.

DIxi: ita est. Non usque tamen adeo pertinax, & ad rationem obduruit opinio mea, quin me quidem *Vulcanus* recudat vel refingat *Mercurius*. Nam si firmiora quis adferat, facilè ego *Plancus* aut *Dellius*, nec morabor transfugii (dummodo in veritatis castra) ullam notam.

Vestra sunt potius hæc; quæ nobis impingere, Creticæ tantum est frontis, & artificii.

Hoccine illud est, in quo mihi contrâdico? Age vir acute; doce nos obsecro repugnantiam harum rerum; fac admotâ lucernâ videamus quid interstet.

In medio, inquis, meæ responsionis recanto. Hîc hîc nimirum prodit ille græ loligimis succum. Num secum pugnat, qui secundum diversas rationes diversa dicit?

Adamantinum propositum est, haud humanum, non divelli à sententia semel defixa.

Dico ego, ut audire quoque paratum me ostendam; imo corrigi, si quis meliora.

Age serio.

XI.

Respondens.

LVdos hîc facit doctus vir, equite non plaudente. Quam enim deridendum sit hoc, magis ad delectationis illecebram detortum, quàm ad ipsius rei naturam accersitum? Nobis non li-

cet

cet esse tam diserris, qui Musas colimus severiores.

Pugnam simpliciter exoptavi, non illam, auditores, jocularem, quâ turbæ velitantur in compitis; sed istam severam & acrem quâ congredimur in vestris philosophorum spaciis; *Pede pes, densusque viro vir.*

Sed cavillas non excutiam, quibus obiter ludit in me adversarius, velut in felici causâ lasciviens: & homo facetus, ac suavis philosophus, mire versatus in Dialecticâ, sic argutatur cum hebete pistillo.

Lepidum ἐπιχείρημα! sed quid videtur? nam firma satis validaque hæc tela ad eliminandum arcendumque è scholis nostram opinionem? Imo levia & infirma, quæ neque pungunt neque objurgant, quibus ludas magis, quam lædas; quæ rumpantur & recidant ad primum statim contactum oppositæ frameæ rationis.

O salsum jocularemque Antagonistam! Acutè inquam. Croco opus non est, ut cor dilates, & rideas.

Ecce autem hominis Leporem,

Quemadmodum fabularum histriones actus scenarum Choris intersecant ad levandum populi tædium; ita hic ubique sibi mirè placens interjicit diverbia quædam, veluti sibi plaudens, καὶ αὐτὸς αὐτὸν αὐλῶν.

Hic rursus adversarius semper in progressu seipsum vincens, affectat videri salsus ac facetus, dum nihil aliud, quam imprudentiam prodit suam. Haud enim opportunum est ludere in in tanto rerum seriarum agmine, quæ nobis (ut Horatianis dicam verbis) *per caput & circum saliunt latus.*

Age nunc cavillis & jocis omissis, gnaviter in provinciam incumbas. Nam ut risum moveas, hunc in modum ratiocinationem licet componas: tamen ut revincas incredulum, opus est argumentatione solidâ & ponderosâ.

Totum hoc argumentum præter scommata, strophas, & obliquas εὐποινόιας nihil habet. Abstineas vero à talibus facetiis, alioqui senties me non esse edentulum, & fortasse sero pænitebit.

Hac

Hæc calumnia cum nihil fingi posset impudentius, aut stupidius, tamen ut re bene gestâ, jocatur camelus saltans, & homo suavis ridet meum dilemma.

Hîc clarè cachinnos tollit adversarius, meque mirè insulsis salibus ludit. Sed rideat, ringat, quicquid uspiam naris est: turbet, sæviat quicquid uspiam bilis; equidem non movebor: videas interim tu, nisi planè cæcus es, quàm ridicule triumphes, teque omnibus ridendum atque exsibilandum proponas.

Sed tu *plenis*, ut aiunt *buccis nugaris*. In philosophicis disputationibus ludicrum admisces, circa seria ludis, imò lascivis, & planè *in toga saltantis*, ut adagio celebratur, *personam* inducis.

Rideo albis dentibus, cùm hæc lego. Considera, quæso, lector; & si *Heraclitus* es, ride.

Noster vero calumniator, quod refellere non potuit, aliò detorsit ad jocum, homo omnibus *Gratiis* ingratissimus. At quæso te, mi Antagonista, temperemus ab hujusmodi salibus!

Momum, non lepores sapientibus.

O ridiculum caput, non tam pileo doctorali, quàm morionis caputio dignum! Hujusmodi salibus in me jocatur homo lepidus, & *Gratiarum* alumnus. Sed vereor, ut quis hæc audiat, risu diffluat, & adrideat quilibet *Petulanti splene cachinno*.

Adeone tandem eviluit philosophica in scholis publicis concertatio, ut salibus & jocis disceptaretur? Disce, docte vir, accuratiùs disputare in re tam seria, aut dignus es, qui adhuc inter cathedras discipulorum plorare jubearis.

Hoccine est argumenta diluere, adversarium irridere & dicteriis calumniisque certare, & lepidè φλυαρεῖν? Vide verò, ne his partibus perfunctus (opinione tua) pulcherrimè, victus tamen à sannione sis.

Ludis tu quidem, tamen interim crudeliùs occidis, quàm si confoderes telo. Cave: nec enim aliorum ingenia tetricâ subtilitate torquenda sunt, ut tuum ostentes.

Hoc autem loco histrionem agis, tuosque

tuosque lectores jamdudum (opinor) defatigatos, dicacitate quadam recreas; facetus certe homo, & dignus, qui in scenâ ludos spectante populo facias.

Atque hic adversarius noster propemodum oblitus personæ philosophicæ, quam susceperit, incipit lascivire, & scommatis in caput meum ludere, & me deridet admodum salsè. Sed quid hominem tam nugacem, atque ociosum morer; dignum qui sibilo, non argumento refutetur.

Apage παίγνιώδη ludicramenta indigna scholis & aure severiori. Quis enim, nasute homo, nisi à *Tarantula* morsus (qui etiam ridens emoritur) in re tam seria, lepida sophismata, & jocos hominis mimi adfert?

Opponens.

VIs seriis agere? Subitò alius factus sum. Agedum accingamur igitur, quando tu prior ad arma provocas. Totus jam ferreus in acie dimicabo. Non calamo tantùm & linguâ, sed etiam *Mavortiis* armis pugnabo.

Hoc argumento lusum est, fortassis plus satis, alterum verò seriis dabimus. Sed quæ seria tecum homine tam ridiculo, præsertim in tam ridiculâ causâ, quàm hæc vestra est, poterunt agi?

Rides, & tibi jocari videor? Agè, ride quantùm libet; cave vero omnia me jocatum putes.

Cur mihi vitio detur, si quando, seriis delassatum animum, ludicris reficiam, cum apud *Hesiodum* rideat & maximus ille πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hoc tibi ridiculum? dic sodes, quid hic mordaci & petulantissimo cachinno

chinno tuo dignum ? Hîc eſt, quòd rubeas, homo ridicule, quod rideas, nihil.

Nam quòd illud etiam exagitandum tam acriter cenſuiſti, & ad Logicæ criteria tua revocandum, quòd facetiis fortaſſis nonnullis pellexeram: næ tu neſcire videris, laudi datum eſſe *L. Craſſo*, quòd in judicio *Curiano*, maximam partem leporibus confecerit. Condonabitur mihi ſpero, ſi modicè, ut aliqua varietate reficerem auditores, locis aliquot interſpergam,

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Ut velitatio non ſit inſulſa nec frigida, ſales aliquando, fateor innoxios adhibui; ſed non tam ridiculè à me proponuntur, quàm à te repelluntur.

Non decebat fortaſſe jocari, & in re ſeria *Atticis* ſalibus ludere. Fateor. Tuæ facilitatis erit noſtras ineptias boni conſulere. Sed tu tam ruſticus, & quovis *Lupercо* birſutior, redigis

hoc

hoc totum ad formam syllogisticam, & sæpius sub incudem tuam fingis anxiè ac diffingis.

Hactenus ludus, nunc ad atrociora veniendum.

Sed ventilo ego, & tracto adhuc lusoria arma: at nunc audi, quod non rideas. Quid si hoc doceam? nonne perorata hæc lis?

Disputas nihil ad rem propositam.

XII.

Respondens.

QVorsum ista tam longinqua interjungis? Frustraris, & in vanum ludas. Quid enim hoc aliud, quàm sagittam mittere, quæ citra scopum cadat? Telum vibrare, quod non pertingat?

Sed

Sed heus tu; est ne hoc adversarium confutare? Enimverò, ut aliquid ageres, agere hic nihil debuisti: vel ne otiosus esses, in tuo choro occupari. Nunc causæ tuę, ingeniique septa transilire voluisti, & curru delapsus es.

Quanquam, quid ad rem, quod tu tam studiosè munis, ac si in eootius controversiæ cardo verteretur? Nimirum tam aptè ad nostrum ζήτημα, quàm Aristophanis *Bombalobombax*.

Quod dicis verum est; in illo gloriare, & triumpha; nos acclamabimus, Io triumphe. Sed quid hoc πρὸς τὸ ἔπος; vin' dicam? Certè ne μῦ illud vetus *Lucilianum*.

Et quò tandem ô malè feriate ματαιολόγε; ὑπὲρ πάντα σκαμματα salis; in re minimê omnium controversa διατρίβεις, & contra parietes ad clepsydram declamas.

Quid hæc ad *Bacchum*, erudite vir, quæ hic inculcas? ὁδοῦ πάρεργα sunt, & evagantia. Ad *Scombros* relegentur & ad *thus*.

Fugæ

Fugæ similis hæc pugna. Vix prior intrasti causam, quàm abscedis: tangis, resilis; ita tractas, ut solent *Theriacopœi* Viperas; aut *ut Canis è Nilo, bibis ac fugis.*

Hæc linea premenda erat. Tu omissâ hypperâ pedem sectaris, & nescio quam laciniam apprehendis. Omnia benè, sed nihil omnium istorum hic benè. Docta sanè & erudita Disputatio, sed quam huic causæ non magis aptaveris, quàm frontiocream aut tibiis galeam.

Miror cur nos admiscueris huic negotio, ad cujus mentionem non admodum invitat Disputationis cursus, sed obtorto collo videris affectasse, ac cen pannum malè cohærentem intertexuisse.

Hæreo; & miror quorsum evades. Præclara quidem hæc, & splendida, sed tam huic causæ quadrant, quàm Bovi Ephippium.

Sed quid attinet hîc argutari? Tota hæc Disputatio ἔξω τοῦ ἐλαιοῦ, quod aiunt, *currit*. Sed ad lineam. Quis enim malorum finis, ubi litem

ex

ex lite serit, malum ex malo propagat contentio?

Quid fines alienos invadis? quid falcem vestram in alienam messem extendis? Nempe, ut cùm desperes argumentando in causa proposita proficere, novis quæstionibus nectendis tempus extrahas, solvendisque auditores laceres. Alioqui quis credat tam præposterum esse animal, tam obflexum, tam extortum,

Repandi rostrum incurvicervicum pecus,

ut ait Accius.

Sed quàm tu à scopo miserè aberras? Miror quid hoc testimonium adduxeris, in quo nihil ἀναλογον est cum tua causa: Nisi tibi caput esset inane cerebri, & λευκαὶ φρένες, ut ait *Pindarus*, non sic Disputares.

Quantùm expatiaris in alienos campos? ac veluti oblitus argumenti susceptì, quò raperis? Vereor autem ne dum alia persequeris, id quod est in manibus elabatur: juxta illud, vulgò

vulgò dici solitum, *Qui plurima ambit, male stringit.*

Quæso, ne te ad novam occupes litem. Quæstio inter me & te de alia re; hoc agamus. Cave sis vulgatum & vetus illud, *Qui duos insectatur lepores, neutrum capit.*

Confusaneum mihi planè, perturbatumque videtur: Et si dicendum liberiùs est, parum tam eruditum, tam ad id quod agitur, accommodatum.

Quid excurris in eum campum, in quo tibi nemo resistit, & qui aërem verberas, tam misere sudas, ac si arcem hostium oppugnares? Litem ob hoc non intendam; nefas fane, si renitar.

Aliquid moliaris, quod conducat huic dissidio sopiendo. Quid enim hîc adfers? Alienum prorsus & absonum.

Quò abis? quò abriperis? Hæc non falsa tantùm sunt, sed adeo aliena, ut delirare potiùs, quàm Disputare videare.

Viden' quàm frustra sudes? Admoneo,

monco, ne tot verba fundas incassum. De his jam nimis satis multa: si me audies, quàm minimum te istiusmodi litibus admiscebis, in quibus nihil est commune aut conjunctum cum tua causa.

Hic Rhodus, hic saltus; in his comprehenditur synopsis totius controversiæ. Huc si conferas argumenta, non ampliùs *homo desultorius, aliud agens, extra calcem pugnans, de curru delapsus*, a nobis audies; sed bellus propugnator, defensorque susceptæ provinciæ.

Miror te tam facilè in aliam causam delabi potuisse. Atque hoc philosophicum est: procul & à limine tantùm salutasti causam tuam, ac discedis:

Hoc Heroicum: torsisti jaculum, & fugis.

Sed tu extra lineam infaustum ducis calamum, & frustra vexas, nisi isthùc redeas, in viam, unde longiùs aberrasti.

Vera prædicas. Sed quorsum hæc? Nisi hoc est à semita deflectere, poterimus

rimus deinceps rationes omnes differendi confundere.

Hæreo, inquam, an ea faciant isthùc. Si inspicis, aliena & parum apta hic ea vox.

Quò tu nunc progrederis? aut ubi tandem insistes? Quid illud est quod intertexis, quasi aliud agens? O tribus *Anticyris* caput insanabile! Sic tu complesti chartas, & volumen exaggerasti; sed quàm appositè nihil pensi habes.

Videtisne auditores, quàm adversarius toto aberret intervallo? Inepta sanè oratio, & prorsus ἀπροσδιόνυσος; nec magis ad rem, quàm si scripturus de bello *Trojano*, principium ab ovo duceret: Et tamen audi quàm magnificè ingressus est causam, & quàm triumphaliter claudit.

Frustra in hos sermones delapsus es, & *præter casam*, quod aiunt, *curris*. Nam revera, quod pleno ore ingeris, & in argumentum trahere tam strenue conaris, nihil tua refert.

Sed quid his ineptis refellendis immoror, quæ nimirum non magis hìc arguunt, quàm juxta vetus verbum,

in

in albo lapillo amussis alba ?

Non teneo quorsum hæc tendant quæ loqueris, aut quem hic oppugnes. Multùm sanè temporis abiit, in varios sermones incidimus, nec dum contestatio litis est audita.

Sed interim *ab asino*, quod aiunt, *delapsi*, multum aberravimus ab instituto.

Sed hoc dissimulato, quod erat hujus rei caput, expatiatur in campum amplissimum, omni telorum genere depugnaturus adversus rem alienam, & aliam controversiam, nunquam finiendam agitat.

Sed quorsum disputationem nostram tam multis & inanibus rebus texis ? Quorsum nos ascititiis & superfluis quæstiunculis, *extra chorum*, quod vulgò dictitant, *saltando* implicas ? Quæ enim hic oggannis, quàm subventanea sunt, cassa, infrugifera, & ἀναπόδεικτα πάντα ;

Quos tu nunc oppugnas ? aut ubi tandem gentium es adversarie ? Quomodo hoc tuum argumentum in nos intorques ? κέντει τὸν πῶλον ἐπὶ τὴν νύτταν :

νύσσαν: Planè enim digrederis totus à meta, & discurris per diverticula vagus, enervatè & dissolutè differens.

Quid multis? Alienarum rerum plùs nimio satagimus; & quæ prorsus ἐξαγωγια sunt, nec magis ad scopum, quam si dicturus de tribus capellis, *Cannas Mithridaticumque* bella, & *Punica* perjuria, & *Syllas*, *Mariosque Mutiosque* personares.

Opponens.

ITane multiloquus in re fortassis aliena videor? Tempero serò, imò & seriò nunc tibi obtempero. Redeo itaque ad pensum; quod pertexam & finiam unâ aut alterâ ratione.

Verùm ut ultra metas argumentum porrigo? Ductum tuum sequens, quorsum vela vertere coactus sum? Lustro jam & illustro quæstionis nostræ cancellos, nec longiùs me abduci patior: Sed vim mihi ipsi inferens, in

confinio

consinio nostræ causæ contemplatione quæstylum firmabo.

Hoc cum pulchrè scopum attingit, non desinit tamen nebulo pro importuna impudentia sua occursare, clamare; *Nihil hæc omnia ad rem facere, à scopo prorsus aberrare.* Quid facias his animalibus, usque sic effrænatis? Quâ fibulâ, quo epistomio ora occludas? fauces oppiles, spiritum coerceas? Non usitata ratione comprimuntur, & repulsi remeant, & elisi palpitant, & mussant convicti.

Vide quàm hæc appositè & ἐυκαιρως. In istis scio me aut planè *Cornicis*, quod dicitur, *oculum confodisse*, aut jam habere sub ictu.

Ad scopum directè à me jactum, aliò contorsit tua malitia. Sed efficiam profecto, ut nihil dicta aptiùs potuisse fateantur, quicunque hæc sequentia paulò attentiùs expendent.

Non hoc tuæ disputationis caput fuit? Non hic causæ cardinem posuisti? En isthuc omnis nostra molitio desudavit, utcunque tibi aliàs collimasse videatur.

Quan-

Quanquàm à te odiosissimè atque otiosissimè carpitur, tamen revera, & propriè dictum est, & nostro proposito inservit maximè.

Ne sic quidem mihi hastam hanc abjicere persuadebis. Imprimis sanè pertinet ad rem, de quâ digladiamur: hîc est defensionis tuæ mucro: non in eum incurrit disputatio?

O locum opportunum, & huic rei unicum! Ego repetam, & si videris tantillum inesse extra propositum, despue.

Sed heus tu, inquies, non otium est longinqua Perquirere, finitima tantùm & domestica speculemur. Ego verò faxo liqueat, utque tu ipse telum hoc habile & aptum pronuncies.

Aberravi fortè longius, & radices prosequutus sum missas ultra fines; subsisto jam, & intra sermonis mei fines conquiesco. Nunc me refero in gyrum. In arena sto, tibi ὁπλομαχῶν resisto, pedem extra concellos non moveo.

Hæc obiter, ac proinde parcè (nec enim in transversum abire peni-

tus

tus est animus, sed propinqua tantum nonnulla prælibare) nunc *ad lineam redeamus*, quod dicitur & *in gradum*.

Non erro longis anfractibus: ex eodem fundo eruo, ex eodem fonte haurio; per rectam viam progredior, per eandem semitam, quam calcandam tute ipse proposuisti, pergo.

Viden' quam me transversum egerit vaga tua responsio? Viden' quàm *extra calles*, dum te consector emansorem? Certè, si me ita exorbitantem deprehendisses, quos fluctus excitasses? Sed ne incautus posthac responsiones tuas lentè ducentes, & abducentes sequar, intra scopum præstitutum consistam, & certos mihi terminos circundabo.

Dis-

Disputas ex malè positis.

XIII.

REfer gradum: roborem fundamentum priùs quàm Disputationis tuæ molem instruas.

Cæterum uti anus ad armillam, ita tu semper ad πρῶτον ψεῦδος tuum recurris: in quo tota tua substructio insana versatur.

Bellè tu quidem eludis si modò per nos impunè liceat auferre, quod non aliter atque maximè confessum imaginaris: si tibi licear, quasi jure tuo probatum assumere, quod tamen extorquendum erat multis, validisque rationibus.

Non queror eos perinique mecum agere, qui controversiam ex iis principiis decidi volunt, quæ falsò constituta, falsam, quam reprehendo, sententiam pepererunt.

Ego

Ego demiror talem virum tali fundamento superstruere tam odiosum dogma; quod ruat necessum est; utpote vano ac commentitio tibicine fultum ac subnixum.

Quòd si quis non largiatur tibi, quod fortiter assumis, difficillima tibi incumbit præstandi provincia. Vniversus enim hic discursus nititur hypothesi planè controversa.

Sin verum hoc statuis, sumis profectò, quod nemo dabit, tuæque demonstrationis fundamentum, velut in solo alieno ponis.

Disputas contra teipsum.

XIV.

HOc, Antagonista, adfers? *Vide ne Lunam banc*, quod Græci dicunt, *in te detrahas*: aut quod Latini, *asciam tuis ipse cruribus illidas.*

Quòd testimonia profers, habeo gratiam. Hic mihi lucelli est aliquid, damni nihil. Gaudeo reverà, me tam sapientem causæ meæ patronum adinvenisse.

Ais verò, quid est adversarii causam labefactare, si hoc non est? Verbum muta, & Vates eris: quid est *stabilire*, si hoc non est?

Sed jam *Philosophum* etiam, quasi in vacillantis causæ subsidium producis: Προξενητικὸν debeo. Nam vel hoc fulcro nostra causa stare potest.

Et quid opus argumentis? ubique ipse insciitiam tuam prodis, ubique indicio tuo non sorex, sed asinus prodis, ὄνος ubique παραπώλεις.

Annon vides quomodo pugnantia loqueris, & à te priùs contexta, planè desuis, nec præ stupore tamen intelligis, quomodo teipsum prodis?

Pugnat aperto Marte secum adversarius, & nervum addit nostris opinionibus. Ut omnino dicam, Aries emissus in torquentem rediit, & Auctorem vulneravit.

Ideoque

Ideoque vapules hic, homo nequissime, & quicquid finxisti de aliis, hoc in te tute luas. Nam juxta tritum sermonem,

Περιτρέπεται ὁ λόγος, εἰς κεφαλήσοι.

Quid hic agis, bone vir? flammâ persequeris, quem genueras? Magnus tu quidem flagellator es, sed (ut olim insanus *Ajax*) cœcó impetu oves ipsetuas flagellâsti.

Bellè nobis consuluisti, doctissime vir, qui optatissimum telum porrexisti, quo te occidam.

Hoc à me dictum, quum impugnaret philosophus *Aristoteli* conferendus Antagonista, hunc locum adducit, telum videlicet, quo statim conficiatur ipse; & stultitiâ suâ lædit causam, dum studet adjuvare.

Hæcille digladians, & secum pugnans. Sed videat adversarius, ne calceum suis pedibus non ineptum, verso (ut dicitur) corio facilè efficiat. Videat, ne aliquando in caput suum eandem fabam cudi malo & damno suo sentiat.

Quòd si argumentum hoc deflecterem, & longam verborum acrimoniam, quam in nos effundis, in os auctoris retorquerem, annon proprio capistro fauces tuas premerem? annon iisdem illis, quibus armaris, telis retunderem?

In meis castris præsidiisque versaris, & pro me pugnant quæ dicis.

Cave tuis scapulis. Debilitat ratiocinatio hæc ipsissimam causam pro quâ ipse dimicas, & maximè tibi ipsi obvertit cornua.

Hic tu deprehensus ἐν αὐτοφώρῳ, tergiversaris turpissimè, & causam tuam prodis.

Quid ni à teipso patrocinium, adversarie, petam? Quid ni teipsum pro teste ad testimonium citem? In vestram hoc intextum pernitiem, & planè juxta illud vulgò tritissimum, *pascis canem, qui te laniet.*

Quid tua ipsius carpis laceraque, & (ut in proverbium traductum est) *domesticum thesaurum calumniaris?* Adeone in teipsum injurius atque inclemens es? Parce in posterum tibi ipsi,

An-

Antagoniſta, & ſapere diſce tuo bono ac commodo.

Cæterum tu toto cœlo erras, qui contra teipſum ubique, & contra ſolem loqueris. Adeo ſtolidè quidem rem geris, quaſi cum adverſario colludas, & in propriâ causâ prævariceris.

Argumentum hoc in jugulum tuum reddis, & propriâ manu victoriam mihi tradis.

Qui ſic agunt, nonne ſe produnt? Nonne technam in ſeipſos ſtruunt? nonne facilè refutantur, ac minimo negotio conſtringuntur?

Sic tu iſto laqueo, quem rumpere ſatagis, tenet arctiùs conſtringis, & dum alterum pedem conaris educere, altero altiùs immergeris.

Pergratum eſt quòd cauſam meam egeris. In utramque ipſe aurem dormiam; tu mihi rem confectam dabis.

Argumentum Nugatorium.

XV.

Respondens.

O Acumen omni pistillo retusius? Hæc cum tam stupida sint, ut vix *Corœbus* sit eadem dictaturus, tamen audi quiddam stupidius. Atque hic nodus est, ut ipsi videtur, Dialecticus. Hic medius teneor, ne quà possim elabi *Proteus*. Hæc sacra anchora, unde præcipuè triumphum speratadversarius.

Sed quid? Argumentum ad scholas affers araneæ contextum telis? Corrugant protinus frontem, & reclamant spectatores, atque explosionibus reflant, rejiciuntque è scholis.

Quid ego audio? ô præclarum telum, quo me coarguas erroris! amenta-

tum

tum hoc ais? Amenti fortassis; mihi quidem elumbe, & ilia ducens.

Εσπετε νῦν μοι μοῦσαι En majus molitur subtilis Dialecticus, syllogismo plùs quàm *Chrysippeo* rem confecturus, Hæreo, auditores, & miror,

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu.

Nonne hoc tandem arce dignum & *Acropoli*? Apage. Nugas divendis, & nebulas in pariete pictas. Quod *Domitius Afer* in re simili, non meritò ego dicam? *Centumuiri, hoc artificium periit.*

Nugas blatis, & *Nævii* Buttubata; aut potiùs, ut ille apud *Cratinum* fatuus, ὡς καὶ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζεις.

Et tamen hæc sunt tua μεγαλεῖα, quæ tu μεγαλοφώνως reboas, Sed attende, & in aurem audi, *magnus es Ardelio.*

Quantâ penuriâ laborant hi homines veræ solidæque reprehensionis, qui quidem tam frivola consectantur? Famelici accusatores, *Scyllæi canes,*

& roſtra jam credo ipſa, ſubſelliaque manſuri, niſi aliquid occurrat, quod eſuriem ſatiet.

O me infelicem! aliud telum in me torquet adverſarius; & hîc rurſus in vado hæreo miſer. Subtiliſſimè proculdubiò; nec ipſe *Hippocrates* doctiùs raciocinaretur.

Promas, quæ jam adornaſti dentatiora. Inermia ſunt hæc; non vulnerant, non mordent, ac vix etiam pungunt. Non hîc imploro clypeum *Ajacem*; linguæ latratus hos nudus retundere, imò diffiare poſſum, & tanti omnino facio, quanti culicem elephantus indicus.

Ejaculatum hoc telum accutius eſt quàm fortius. Primo ictu ad graviſſimam ſolidæ rationis trutinam appenſum hebeſcit. Quicquid inte eſt nervorum, quicquid cpis, quicquid diligentiæ, id totum effundas oro. Non iſtis machinis edomabis hæreticos. Non his armis veritatem propagabis.

O mirum acumen! Rem acu tetigiſti. Non *Ariſtoteles* potuiſſet fortiùs demonſtrare.

Si

——*Si pergama dextrâ*
Defendi possent, unâ hâc defensa fuissent.

Campæ & flocci! Vertiginosum animal! quid tibi venerit in mentem istis τερετίσμασι, & titivillitiis morari, & anilibus hujusmodi næniis certamen retardari.

Primâ facie miris sese fumis ostentat adversarius, ubi propiùs contemplatus sis, nebulas meras esse dixeris.

Plausibile sane videtur argumentum: quod si in illud inciderit analyticus aliquis, qui discuteret & exossâret quasi, quid tandem in illis inveniret, præter. *burras*, *quisquilias*, *ineptiasque*.

Ne pilum quidem præteris, & milium ubique terebras, ut non pondere tantum, sed & numero credaris vincere. Sed halitu uno pulverem hunc in auras diffliem, & levi momento venti ludibrium faciam.

Nolito mirari, si fumulos istos non pertimui, quos, modò ad meridianam

lucem venero, minimè fuerit laboriosum dispellere.

Anne argumentis fortioribus, veluti,

Hastisque clypeisque & saxis grandibus urget?

Nec nervum habet, nec os inest argumento.

Argutare tu quidem satis sophisticè, sed me talibus pedicis non capies.

Non te harum ineptiarum pudet, hominem tantâ scientiæ ac literarum opinione inflatum? Perridicula sanè ratiuncula! Etiam perplebeio, non modò subtilissimo, (qualem te profiteris) philosopho indigna.

Non decet philosophum, nuces & bellaria projicere spectatoribus; ut sic auram popularem & plausum captitet. Næ ego unicâ liturâ totam hanc διατριβὴν in spongiam reclinare faciam.

Relicto cortice, bone vir, quæso medullam exquiramus. Vel certè asinina hic induenda est patientia, ut istas siliquas devoremus. Sed quid agimus?

agimus? Iamdudum tempus eſt, ut *abaſini* (quod aiunt) *umbra digrediamur*.

Quàm hoc leve! triviale, ſuberis inſtar ſuperfluitat, ad imum non devergit. Bullatis turgeſcit nugis; nihil ſubeſt ſolidioris ſententiæ.

Frigidis aliquot inſtructus ſyllogiſmis, & puerilibus ſophiſmatis rem aggredere. Sed fruſtra. Non moror iſtas illuſiones: ad unius ſolidæ raticnis authoritatem derepentè obſtupeſcunt.

Profundè procul dubio, ac philoſophicè! Non poſſum non admirari acumen tuum ad Scholaſticas ſubtilitates, & profunditates aculeatum. Verum non ſic impones cordatis ac gravioribus viris, qui hujuſmodi ſophiſtarum minutias pro imperio tranſiliunt.

Magnis fulcris opus habet tam ingens *Coloſſus*. Adeo miror te rem tantam tam infirmis fundamentis conſtituiſſe, quæ omnia in fumum abeunt, rationis facem fradmoveas.

Hinc arma iſtiuſmodi hominum non ſunt validæ rationes, ſed ſophiſmata

mata quædam elaborata, autoritates, præjudicia, & nil nisi topica argumenta, quæ vitrea cum sint, levi negotio franguntur, aut dissiliunt.

Argutè magis, quam solidè. Si de spinis tuis laboraremus, quàm facilè possemus totum tuum implexum disrumpere; á tam tenui filo pendent omnia jam jam ruitura.

Nam quid ego in illo argumento, tam pleno stoliditatis, nec vindice digno, diutius immorarer?

Quid hîc toto animo, & tanto verborum strepitu persequeris blaterator nugacissime? Quàm magnifico, quámque severo proœmio rem aggrederis? Miram moves expectationem; verùm ubi ad rem ventum est, meras nugas adfers; Nec intempestivè huc accommodetur illud poetæ,

Tu magnus lateum Gaure giganta facis.

aut illud;

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Etiamne tam nuce a semper sectabimur? Piget me, piget horum, nequis-

quissime, quæ tam frigida sunt, ut thermas *Neronianas* refrigerare possent.

Vide quàm sint anilia, quibus tu subnixus insultabas. Citius ἐκ δυσκράσης λόγχην, quàm ex his contexes argumentum.

Siccine nostros oculos, Antagonista, nugis tuis oblinire voluisti? Hæc parum exagitata concidunt, & sine magnis ingenii viribus enervantur: imò potiùs sponte suâ diffluunt, responsionem non expectant.

Promiscuè, albaque, quod aiunt, amussi converris omnia, nihil rederis.

Quæ funditùs evellere tuarum non est virium, ridiculè, pueriliter, impotenter tuo more vellicas.

Nihil est, opinor, quòd tibi applaudas de his ratiunculis. Folia sunt farferi; & quæ tibi *Venerem Atticam* sapere, mihi plùs quàm frivola, & hircum olere videantur.

Quis unquam splendidiores nugas phaleratis verborum ampullis vestitas protulit? Inani quadam verborum mole

mole premis, non opprimis. Hanc ne quis pugnam censeat; pompa est.

Opponens.

PLumbea tibi videtur hæc argumentatio? Iuncea incursio in Gigantem, cur? Nihil promptius, quàm adversarii omnia despicere, & proculcare, quam vis egregia; verùm hujus qui sentit rationis pondus, incliner, atque à responsionum fulcris ruat necessum est.

Non sic effugies, Antagonista. Vinculis planè *Vulcaneis* & ἀφεύτοις irretitus es; nec scio ego quò dissolvi possit argumentum, quod tibi parum attento, siculneum ac dilutum videatur.

Hactenus levis armaturæ prima excursio; res jam tandem devoluta recidit ad *Triarios*. En miras angustias & ineluctabiles! Claustra *Thermopylarum*

larum puta, & furcas *Caudinas* ingressus es.

Argumentum sanè validissimum est: arietat in portas ipsas, & mœnia vestra valdè quatit. Videamus quàm fortiter tu retorqueas. Huic uni quid opponi potest, tu sapias; ego, ut poeta vetus ait, *fatuus sim, non solùm stultus.*

Næ tu suavis (inquis) nugator es. Sed quid dices, si vincam argumentis ita certis, *Ut contra quisquis sentiat, nihil sentiat?*

Nodus hic verè *Herculanus* est, non levi occursu dissipandus, utcunque vobis araneæ tela videatur.

Nonne hæc satis ad retundendam confidentiam tuam? Etiam audes adhuc mutire contra? Dicite, vos judices, annon immanem hunc errorem abunde satis confodi & confutavi. Sed quid ago?

Qui asini caput lavare satagit, & operam & lixivium perdit.

Levius est, inquis, quam ut hæream aut resiliam. Nec tamen argumentum

tum mihi viluit. Qui ociosè legerit, nihil offendet; fortasse is, qui intente.

Primâ fortassis fronte minutum videatur, quod urgeo: verùm attendas; (nec enim soleo sophisticari tam pueriliter) accedas inquam propiùs: En tibi corneas fibras & certum sententiæ nostræ fundamentum.

Hoccine nullius ponderis tibi videtur? aut *muscis capiendis* nata hæc tela, non *aquilis*? vim hujus argumenti ne gustâsse quidem credi debeas, qui respuis tam levi ore. *Abilleum* sanè est, insuperabile, insolubile: hoc uno miser confossus atque diruptus es.

Obsecro te, noli Disputationis meæ machinas tam repentino nimbo disjicere: inspice potiùs, & examina, an validæ sint per se, & responso expugnando.

Verùmenim verò sat istud argumenti puto cordatis viris ad faciendam fidem; & quod tu captiunculam vocas, & quisquilias, momentum habet & pondus.

Quid hoc elegantius, vel nervosius ostendi

ostendere potes in omni penu tuo? Si nullo alio, hoc tamen uno, tanquam ariete universa causa tua labefactata concidit: & totius controversiæ nodi uno ictu dissecantur.

Petis principium.

XVI.

O Circulos! jamdudum hinc egressus, relaberis vertiginosus. A lineâ ad gradum; a gradu ad lineam; & sic deinceps. Respondeas mihi velim, annon ista sit pœna *Sisyphi*, immane *Saxum* ad montis fastigium sudando volvere, quod statim revolvatur: annon sit *labor Penelopes*, per totos dies magno studio telam texere, quam noctibus retexas?

Quid agimus? Num totam ceram

ram iteratò evolvimus? Num prima vestigia percurrimus? At ego in arguendo planè *Pythagoreus* sum; non lubens sæpius redeo per eandem viam; & citharœdus

Ridetur chordâ qui semper oberrat eâdem.

Et quòtandem relaberis, ô bone? In idem sanè. Retrogradus es, & in disputando planè cancer. At nolim ipse, quasi decurso stadio, à calce ad carceres revocari.

Vbi est acumen tuum? Eodèm revolvitur argumentatio; & semper petis illud, quod est ἐν τῇ ἀρχῇ.

Bellè quidem argutare, qui τὸ ζητέμενον pro argumento inculcas, de quo solo litem contestamur.

Eccum quos gyros, quas rotas fabricas. Viden' quò redit vis argumenti tui? Scilicet unde cœpit. Labyrinthus hic est, & pistilli circumvolutio: Semper idem agitas, nec quicquam tamen explicas.

Cæterùm nihil insulsius ratiocinatione hac, quâ tu nescio quo verborum circuitu

circuitu ultro citroque discurris, prima mediis, ultima primis involvens.

Pertexe modò, quod exorsus es, & huic argumento ultimam tandem impone manum. Perpetuò enim, *ut palmes, movemus*, Ic eo non *promovemus*; cùm plurimùm laboraverimus, eodem in statu sumus, & *dolium*, quod dicitur, *Danaidum implemus*.

Argumentum hoc quasi rota currit, & me in orbem circumagit non sentientem. Quis verò adeo bonarum horarum prodigus est, ut toties actum agere velit, & in eodem semper pistrino circumferri?

Continuo autem deferri fluxu, cursari rursum, prorsum, deorsum, antrorsum, retrorsum, nec metam scire, absurdum est.

Quid agis Antagonista mi? *usque ad plaudite* cum deventum est & *coronidem* ipsam ἀπὸ βαλβίδων denuo exordiris? nihilne te pudet labyrinthi?

Expli-

Explica teipsum; obscurus es.

XVII.

Respond.

QVæ, malùm, tu mihi objicis ænigmata? Num me *Oedipum* putas, aut *Sphingem* mihi esse? At quæso, absque argumenti cavillatione dic ingenuè quid velis. Non magis adhuc te intelligam, quàm *Milphio Penulum Plauti*.

Sed tu hic turpiter quæris latebras, & lucifuga vocula excogitas, quò nebulas & offucias oculis objicias. Profectò malæ causæ, quasi noctuæ lucem fugiunt; opiniones rectæ, tanquam aquilæ, solem intuentur.

Quid hoc est? Succurte, Antagonista natator. *Bœotia* ænigmata loque-

loqueris. At ego *Davus* sum, non *Oedipus*.

Fumus & vapor per totum hoc argumentum est obnubilandæ sententiæ tuæ. Quis enim non videt, hanc glaucomam esse, atque obtentum morum, quò minùs sensum assequamur.

Tam obstrusa est hęc ratiocinatio, ut ejus conceptum assequi me posse diffiderem, nisi eam luculentissimè, quasi *Lucifer*, à meo intellectu caliginem excutias.

Ita esto. Sed, quæso, perdocte vir, fac per te erudiar; fac, ut concipiam id, quod animum meum, jamdudum sollicitat & angit.

Verba hæc à *Sphinge* contorta, negotium *Oedipo* facessant. Sed, obsecro te, erudite vir, qui solus evolvendo es, μυσήρια nobis pande.

Vide quàm nimiùm exquisitis schematum & verborum ornamentis me procul à te submoves; atque in ipsis etiam scholiis alia flagitem scholia.

Quis hoc intelliget? Quis sensum odorabitur? Vtinam clariùs mentem tuam edisseruisses. Hic meræ tenebræ sunt,

sunt, & quas non illustret ipse Phœbus.

Tollamus initio confusionem, matrem erroris, novercam lucis, nutricem rixæ: videamus apertiùs, quid statuas, ne *Andabatarum* more in tenebris gladium ventilemus.

Sed tu, plenus perniciei & fraudis, obscuritatem affectâsse videris, idque de industria: & ut sæpiæ atramento sic tu æquivocationis fuco tuo multùm debes, quoties in aprico versari reformidas.

Heus tu! Sermo tuus caligine septus, tenue creperumque spargit lumen, sed hanc mihi nubem depulsum eas.

Doctus scilicet tu, qui moroso adeo disputas stylo, ut nemo intelligat; qui *Suadæ* oracula loqueris, in quibus magno auctor ipse sensum labore quærit, nec invenit.

At quæso dilucidiùs tuam, si libet, explices opinionem: & omnem certè hac de re dubitationem, velut caliginem, dilucida interpretatione, discutias, & mihi scrupulum ex animo evellas,

evellas, quem modò infixisti.

Ego verò non intelligo hæc tam abstrusa sophismata. Sed doce me, paucis verbis, iisque lucidissimis. Dum enim causam conaris evincere, tam perturbatè & abruptè loqueris, ut *Delio* sit opus *natatore*.

Vberiùs ista quæso; & levato velo animi tui sententiam profer. Spinosiora hæc priùs ut confitear me cogunt, quàm ut assentiar.

Excutiendum est hoc, ut sciatur quid sit, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Geminam enim in vocabulo significationem deprehendo, & titubanti adhuc sensu tenebris laboramus.

In verbis tuis semper aliquid latet abstrusi, & quod imprimis inter nos constare oportuit, non enucleatè satis profers, sed offuciarum involucris conaris incrustare.

Nihil unquam perplexius visum est. Illustra, quæ in quæstione mihi tenebras objiciunt, & sensum involvunt.

Desinas tandem, vir gravissime, in vocabuli ὁμωνυμία, ludere sophistarum

rum more: & dicas, si non aliquam fraudi latebram & insidiis reservâris, sincerè ista & candidè. Noli, quò me laqueis tuis irretitum teneas, ad verborum insidias invigilare.

Sed omnia *Pythagorico* more subobscuris metaphoris involvis, adeo ut clausis oculis pugnare cogar.

Ænigmaticè hoc ad aerē. Non intelligo: rudiùs dicas, & aliquantò planiùs.

Et capio ego quæ dicis, & non capio. Sic tu dubio & ancipiti verborum schemati sensum obnubilas.

Sed tu obsecro, cur tam luculentum elogium nescio qua verborum nubecula adumbras, & sermoni demis lucem? aut jam tibi noctua videar; aut verba in solem producas, & situ pulvereque obducta excutias.

Quid istuc verbi est? Huic rei obsecro aliud invenias nomen. Ambiguum est hoc, & quod varios in sensus facilè trahas.

Mallem autem aliud verbi: omnino hîc hæreo. Dic plenè & *apertis* (quod aiunt) *tibiis*, ut fluctuanti mihi in tenebricosis his verbis, erroris, & ignorantiæ nebulam detergas.

Op-

Opponens.

QVid possum luculentiùs? Ecce tibi sensum intellectu facilem. Etiam hæres? etiam in planissimis impingis? Hæsitabis credo etiamsi solem manu tuâ portares.

Supereſt ut virum doctum eripiam è luto, quò hæret. Sed quorsum hæc doceo, nota quæ sunt omnibus? Quis enim, quamvis hebes in plebeculâ, dummodo parum attenderit, non videat, non teneat? Et reverà tu, nisi in *Cimmerios* delatus esses, ita hic non cœcutires.

Quid hæsitas? quid umbra te offendit orationis meæ, atque in omni verbo *Hannibalem* inclusum latere suspicaris?

Ego si fallo, tum mihi quivis oculos
Istos suppositis eruito manibus.

Rursum ænigmate torqueris? Dicam igitur explanatè satis, nec aliud dicam sicum, quàm sicum. Sed ego

fatuus, qui tecum litigo; hoc est, quod *Plautus* ait, *Lapidem percutio*. Eâdem operâ faciam ut sentiat Adamas.

Ego paulò uberius dicâ; & quicquid in his arduum, aut clivosum, explanabo, & tam clarum tibi faciam, quàm sol meridie est, quando lucet.

Tamen ænigmata, rupinas & senticeta hic nonnemo clamitet. Quis obsecro, nisi qui ab ingenio nudus, nullâque scientiæ fultura subnixus illud aggreditur?

Quisquamne est adeò obesæ naris, & subacti ingenii, ut istud non intelligat? Dedecet me tui, bone vir, quem nunquam duxerim in rem præsentem, si non *crassiore* (quod dicitur) *Minervâ* dixerim.

Me tamen fortassis præstigiatorem esse putas, qui tenebras ob oculos legentium offundam. Cæterum nihil est hoc enucleatius. Et tu sanè myticoracis oculos habes, qui sensum non invenias.

Audias verba mea. Obsecro te lector, quid dici potuit apertius? Cui hæc

hæc verba sunt obscura, is vel in sole caligabit.

Sed quod sentis, inquies, verbis ambiguis explicuisti. Imò tu verbis ambiguis recitas, ut decet artificem, quum ego clarissimis explicuerim.

Cui loco lucem abunde fecerint ista verba; sed tu cæcum imitaris: in luce noctem, in sole caliginem habes. Faxo tamen cæcis, & *Homericis* planè oculis liqueat.

Satin hoc planè? num hic tenebras accuses? Hæc nisi capias atque intelligas universa, in clarissimis profectò hallucinaris.

Non opus est, ut plus operis consumatur in explicandis terminis. Verba sunt perspicua, nec egent face scholiorum.

Omnia animi mei sensa palam, atque in proparulo habeo. Nudo capite ac pectore ambulo: arcana nulla foveo in sinu, quæ cælata cupiam in cujusquam noxam. ἀγροικός εἰμι, τὴν σκάφην, σκάφην λέγω, animum non solùm in fronte, sed etiam in lingua gero.

Sed video dum breviter volui dicere, dictum à me esse paulo obscurius, sed experiar, & dicam, si potero, plinius.

Non apperiam. Quorsum? tu ingenio rectus, judicio acer, non solum oculis, sed animo ipso Argus.

Disputa Breviter.

XVIII.

Respondens.

QVorsum tam longa & laboriosa argumenti circumductio? Verba in cōpendium stringe, & semel effer. Quæ dilatantur, pompam explicant, energiam amittunt.

In quantum acervum vacua grandiaque verba cogis, & cumulas magno sono, exiguo sensu, minimo pondere?

dere? In te Saluſtianum illud conveniat, *Satis Loquentiæ, Sapientiæ parum.*

Hoc age, & Laconiſſa. Brevis ſanè & ſuccincta ſatis ratio tua; quæſito tantùm verborum apparatu intumeſcis, atque in immenſum creſcis, vaniore dicendi gloria inflatus.

Recta illa diſputationis norma, quæ breviſsimis, pauciſsimiſque verborum ſpaciis extenſa eſt. Etenim in viro vis compacta fortior; pariter in argumento.

In globum echinus ſe contrahit, & undequaque pungit: tu in eo totus es, ut argumentum omne inflas, & hiatu loquaris.

Militiam ſi intuemur, non turba, ſed diſciplina ad victoriam facit: etiam in arguendo victoria eſt; non multitudine verborum, ſed robore & virationum obtinenda.

Quid longâ ſermonis periodo rationes cumulas? Si *Lacedemonii* te de qualibet re totum diem litigantem audiviſſent, velut alterum *Cephiſophontem* ejeciſſent.

Quid verbis opus eſt? Breviter, ar-

gutè, nervosè disputes: sic dilates, ut nihil redundet tamen.

Compendio causam expedi, litisq; nodum ocius dissecas: non est ejusdem & multa, & opportuna dicere. Nosti adagium Callimachianum, μέγα βιβλίον μέγα κακόν.

Constringi autem argumentum debet in compendium: & suppremendæ atque etiam abscindendæ voces superfluæ, ut altior intellectus evadat.

Quanto melius, brevi verborum ambitu proferre animi sensum, & collecto spiritu multa non multis effare. Abrumpimus funiculum, dum nimium tendimus; & in producto sermone argumenti vis evanescit.

Congerantur in unum omnia: hoc acrior, quo contractior ea.

Verum hæc tua tam dissoluta ac diffluentia, arctius, angustius, summatim perstringas. Multitudo enim verborum memoriam mihi obruit, & plurima secum συγχυσιν involvit.

Cæterum quid longissimo sermone, & odioso verborum imbre auditores obruis, cum uno verbo satis jugules adversarium?

Ai

At verbis crescens, viribus elanguescit.

Breviter, dilucideque dicas; ut concito ferar cursu ad destinatam & præfixam metam; ut rectum potiùs quàm longum curram.

Opponens.

QVid motor? si πολυλογεῖν libuerit, magna sane hic verborum congerie in molem surgat oratio. Sed βραχυλογεῖν Argumentum suadet, Auditorium urget: obsequar, & moderatâ me frugalitate contraham.

Filum hoc argumenti in stellam crastinam trahatur, & nectatur, nisi abrumpam. Sed longius deducere supervacaneum puto; & iis qui cor habent, hæc satis: μωρὸν autem οὔτε πεῖσαι, οὔτε ῥῆξαί ἐστι, ait vetus verbum.

Vin' uno intuitu totum contem-

plari? En tribus verbis os & faciem argumenti.

Quid longum loquar? unâ prolatione singula absolvam. Argumentum breve fateor contortumque, magni tamen momenti.

Exempla plura quorsum accumulo? turbam ne expectes, unum alterumque è singulis producam.

Quod si ad calculum vocetur nostrum argumentum, & cum tua responsione contendatur, intelliges, ne hîc quidem admodum me πλεονεκτῆσαι.

Sed hæc hactenus: ac me quidem piget tam fuisse prolixum. Quæ tamen culpa in adversarium conferenda est: mihi vestigiis premendus fuit.

Quod si nimis sub initia exuberavit oratio, in reliquis brevitati lubens litavero.

Sed mitto cætera, ne nimis in immensum excrescat oratio: ac sentio hæc ipsa fuisse longiora.

Disertus esse possum, si ista persequi vellem; sed me hæc quoque transire cogit festinatio mea.

hoc

Hoc possum contexere longius, sed breviter producam ad apicem: ne videar ad moras contentior, non ad metam.

In summam summarum hoc redigam, necerit duobus productius syllogismis. Brevior esse non possum, nisi solo nutu loquar, & verborum laborem signi compendio evitem.

Cuncta referre laboriosum, pauca attuliſſe, non sit ignominiosum. Paucis enim solidis rationibus malim acquiescere, quàm subtiliter singula expiscando, in difficultatum labyrinthos conjici.

Tomos ego contexerem, si singula quæ huc spectant coacervarem. Sed memor sum brevitatis meæ. Nos tamen hîc nonnihil reponemus, ne diffugere certamen videamur, sed paucis & seriò.

Incredibile dictu est, quàm mihi flagret animus, singula ad umbilicum ducere: verum dum hæc verbosius prosequor, longius provehor in argumento, quam par est.

Reliqua mihi quàm breviſſimè per-

stringenda esse intelligo, aliquem uti finem nanscisceatur oratio.

Allegabo tibi non omnia, sed sanè perpaucula: reliqua præcidenda sunt, ne prolixior evadam.

Compendio dicam, & primo intuitu argumenti momenta discernes. Mira quidem brevitas, sed ut nihil fieri possit absolutius.

De hoc uberius dicerem, & fortassis vehementius, si non timerem prolixitatis meæ odio, tibi, Antagonista, auditores conciliare.

Quæso te, ne tibi hoc videatur æquo prolixius dictum, ad id quod est argumenti caput festino.

Verùm rem eam paulò uberius à capite mihi tractanti, aut gratia, aut venia esto. Nec enim in argumentis, quæ valent ad artem differendi, locus est, in quo consistat Laconissimus.

Sensim fateor & pedetentim progressus sum: jam gradum attollam, & ad ipsum argumenti fastidium & culmen protinus insiliam. Quæ concepi, non per guttas ductim stillabo, sed

sed impetu quodam effundam, & ictu oculi rem peragam.

Mihi in hoc genere duo curæ, Brevitas, Veritas; alterum secutum me scio, alterum assecutum.

Dentur vices Opponendi & Respondendi.

XIX.

MVtatâ subitò personâ nunc reum agis, nunc actorem; & tu Oedipus proponis simul & dissolvis ænigmatum scirpos. Tua erit victoria, si hoc juris tibi permissum sit, tuo arbitratu pro me quoque respondere.

Abi directus in tuam provinciam; ut personam, quam suscepisti, tueare: opponens es, opponentem age, & operis tui pensa persolva.

Opposituno fræno lingnam coerce-

ass

as juxta Plautini Periplectomenis exemplum; *commemini*, inquit, *meæ orationis justam partem persequi*; & *meam partem itidem tacere, cum aliena oratio est.*

Linguæ tuæ volubilitas præoccupat partes meas, & tradit tibi vices utriusque nostrum. Inhumanum est autem, & sine exemplo, sublatâ defensione opprimere adversarium.

Spartam quam nactus es, hanc orna. Discedis jam officio respondentis, & in alieno choro pedem ponis.

At tu periniquum facis, qui functionem nostram invadis; qui in munus meum ascisces teipsum, meque quasi jure tuo ejicis.

Tuam ipsius terram calça. Non sunt hæ partes ejus personæ, quam sustines. Cothurnum induis, sed comicum agis.

Verbis

Verbis inniteris non argumentis.

XX.

Respondens.

EA tu polles in dicendo facundiâ, ut ipsas æquoreas deas ad tui amorem pellicere valeas. Sed obsecro vos, judices, argumenta, non eloquentiæ tumore, sed rerum ipsarum soliditate libretis.

Voluerunt quidam sua venustula, ut essent magis, quam forticula; & ut sub blandæ orationis lenocinio verba dent & pugnent dolosè, figuris electissimis abjectas sententias & argumenta vestierunt: digni sanè, ut cum Attico rideantur, qui vilia oluscula splendidissimis lancibus & canistris apponebat.

Iam verba, quàm nitida, quàm composita! quasi tessellæ omnes in

in pavimento

in pavimento. Quid dicam, nisi Cæcilianum illud? O miseres ineptias!

Non secus in aciem prodis (nec aliam, ut spero, victoriam reportabis) quam *Antiochus*, cujus milites, ut dixit *Annibal*, auro fulgebant satis ad pompam, armis ad pugnam nihil valebant.

Vt nihil sit nequius, neque nugacius hoc Græculo, qui, cum de re omnium gravissimâ quæstio agitetur, lasitat in verbis, & syllabas aucupatur.

Fidem aurium tuarum appello: quid ineptâ garrulitate odiosius? Non Locutuleium, cum priscis, *Blateronem, Lingulacam*; sed rabidum jure dicas, qui nullo rerum pondere innixus (verba *A. Gellii* usurpo) *verbis humidis & lapsantibus diffluens*, obstrependi finem nescit.

Quam miseret me tui, bone vir, qui cum semideus velis haberi apud vulgus, tumultuaeris usque adeò muliebriter, ne quid dicam acerbius.

Neque jam perinde de re disputatur atque de vocabuli tributione, & neglecta mente loquentis, quæ vita vocabuli

vocabuli est, adversus elementa contenditur.

Quid audio? An bellum Grammaticale pertimescendum est? Præcipuam ipsam controversiam amisimus, & ad verbi liticulam delapsi sumus. Num expectas dum te in Grammaticorum frequentissimo consessu, plenaque curia convincam? Dignus certè es quem philosophi explodant, Grammatici ulciscantur.

Horrenda vocabula amat Antagonista, μορμολυκεῖα terrendis pueris. Ea nobis impudenter in os objecisse ad victoriam credit sufficere. At nos ea ridemus, ut larvas & lemures istorum hominum, qui rationibus destituti, atrocibus epithetis se armant, non aliter quàm amentatis hastis, ut terrori sint.

Superbâ & sonorâ verborum strepitu magnificè instructus, flatu prostratum iri confidis, quicquid impetum moratur.

Tam potis est hæc mea garrulitas gravissimam hanc causam excutere, quàm

quàm ad extorquendum, ab Hercule clavam *Theodamas Lydius*, aut canes *Arcadici* ad Lunam è suâ sphærâ detrahendam.

Nonne te puduit λογομαχίας novi inuri, quæ turpiter sensa deserens, loquaciter cum verbo litigat?

De quo, tibi ne γεῦ quidem est, quod mutias; tantum syllabas rodis, ipsas propè literas & interpunctiones, diverberas.

Inflata sophisticè sunt, quæ proponis ut pinguia. Tumor enim ille, & exultans verborum audacia, quæ tibi magnificè places, clumbis, enervis, inepta est.

Audio quidem verba, sed meum non explent animum. Sic tu quidem obgannis, oblatrasque sine fine, nemo tamen commovetur.

Si quid est scrupuli, duntaxat in verbis est. Atqui philosophici candoris est, in bonam partem interpretari, etiamsi quid sit ambigue dictum: nec oportet de verbulis tam atrociter digladiari.

De verbulis certare cum quoquam, nec

nec viro dignum eſt. Argumentis ſolidis tanto queam eſſe ſuperior, quanto tu ſermonis apparatu vincas.

Verborum ῥήματα video, ſolidæ rationis vix σκελαγμόν. Satin' tu ſanus es? Profecto *Gyrgathum* ſpiras; non re ſed verbis capioſus es.

Quid tu autem, niſi voces nunc meras tricaris, & ſpinas vellis, atque oſſa radis? à rerum certè gravitate totus aberras.

Atque hoc eſt magnificum lemma, quo me petit adverſarius, vocularum haud æquè captator, & λεπτολόγων λήξων venator acerrimus.

Nam verba, ut inquit *Homerus*, πτηρόεντα ſunt, facile avolant, niſi ſententiarum pondere librentur.

Quo ſtrepitu, quo æſtu, & aſtu verborum ubique laboratur? Mulierum ſcilicet hoc vitium, hæc ſupellex. Nos verò ad iſta jamdudum occalluimus. Non avium ſimiles nos, quæ inanis fundæ ſono percelli ſolent: non glandis ictum, non lori crepitum exhorreſcimus.

Quid

Quid opponis? verba & bitum? Sonum quidem edis, sed sonum; & quod *Lacem* quidam ad *Lusciniam*, id ego hîc dixerem, *vox es*, *præterea nihil*.

Magno hiatu ampullas projicimus, ac tum demum numerose, ornateque disputasse videmur, cùm præcipui verba ore devolvunmur, & garrulitate exuraripas diffluunt.

Rideam, an indigner? quas tu hîc lites infers? verbis velitatio, pugnis pugna constat.

Vbique ampullæ & verba sesquipedalia. Singulas voces cum crispis, et superciliis natas, diceres; mox ubi semel tandem ad rem venit, fumum ex fulgore dat.

Sed nec ventosa verborum congeries in dicendo tumefaciat, nec captiosi *cavillatores* jurgia in disputando distrahant. Diffluere lingua facilè; argumentis opus est, ut quis rectè philosophetur.

Non hîc disputantis eloquentia, sed disputationis ipsius veritas requiritur. Atque etiam quo imperitior sermo

sermo, hoc illustrior ratio est; quoniam non fucatur pompâ facundiæ & gratiæ, sed ut est, recti regula sustinetur.

Malo militem animosum, armatum ferro, quàm imbellem tyrunculum fulgentem auro. Quanto enim videtur humilior, tanto altius, non ventositate, sed soliditate transcendit.

Sed missâ futili verborum προπομπῇ, rem examina. Vocabulorum ego hic furore non abripiar. Et revera, quid adducis? Orationis tantum phaleras, quas argumenti natura respuit: Et planè sit illud τὸ ἐν φακῇ μῦρον, vel illud πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

Desinas tandem, homo mirè vocalis, crepitacula hæc tua, & ampullosè prolata, pro argumentis venditare. Ego rationum momenta, non verborum flumina consectabor.

Admiror equidem amabiles verborum argutias; *quid autem tam furiosum est*, ut *Cicero* ipse scripsit, *quàm verborum*

verborum vel optimorum & ornatissimorum sonitus inanis, nulla subjecta sententia, nec scientia.

Ergo *pistillum*, quod dicitur, *circumvolvit*; & vano tantùm terrore vestivit imbecillitatem, cùm nec adversariis par esset, nec argumento sufficeret.

Verùm, quia nullo ingenio extorquere à pertinaciæ fomite ignem potes, verborum fumo molestus es, & rerum lucem involvis. Vide autem ne veritati infestus sis, & oblatrare videaris, quoties nihil est, quod mordeas.

Agnum huc, agnum efferte pueri nigrum ocyus; nam turbo verborum tentat prorumpere.

Odiosum genus! re judicioque modicum, verborum prodigum. Quos viros videas, mulieres audias.

Qui spicula vibares, verba das? Nescio, auditores, cui nugator hic (tot verborum, atque sophismatum architectus) formidolosus esse queat, molestus erit fortassis.

Quod

Quod Politianicam illam venerem, ac dilitias mirè referre videtur, ſanè vehementer ſuſpicio; tamen ſtylo minùs capior, quàm argumento: hoc in philoſopho ſummum, in te acceſſorium, & velut auctarium.

Quis te hominem ventoſiſsimum ferat tam puerilitar exultantem? In caſtris ferox es, in acie timidus. Age verò, mitte has verborum trieas, atque ad argumentum (hoc eſt urſus ad palum) accede.

Sic tu lingua belligeras, oſtentor perquàm glorioſus. Ante pugnam incaleſcis, in pugna alges. In te, credo, aut Thraſonis, aut Pyrgopolinicæ animam migraſſe, ita utrique ſimilis es.

Obſecro vos, auditores, quid hic dignum tanto hiatu, ac verborum tumultu? Fulgur tantùm ex pelvi datum videtur & fumi umbra.

Hæc ſolùm jejuna eſt concertatio verborum, quod mihi quidem perquam puerilis videriſolet.

Quod ſi certandum ſit linguæ virulentia

rulentia, impudentia, procacitate, facilè reperietur mulier aliqua, quæ tecum congrediatur.

Ludis verbis, Dormitas sententiis.

Σαλπιγξ δημηγόρος τρωχαλὴ φωνὴ, quàm egregiè rhetoricaris? Mirus artifex es, & *Gorgias* alter, λογον ἕττονα, κρείττονα ποιεῖς.

Grandiloqua verba, & ampullosè prolata! sed *levissima*, quod dicitur, *res oratio*, & veritas major, quàm ut obruatur eloquentia, aut linguæ spiculis dissipetur.

Sed quid ago? Novi te optimum esse declamatorem; te voce, lateribus, camma facundia & impudentia plurimùm valere: quare nolo more tuo insubidas buccas distendere, & lituos inflare leves; ne *equum*, quod aiunt, *in planiciem provocare* videar. Lorarii hic mihi adsunt, qui non tam facundi sunt, sed disertiùs rem agent. Hoc agite, lorarii.

Verba hic video; argumentum requiro. Sed tibi illud Alcibiadis quadrat, αὐλείτωσαν οἱ θηβαίων ται-

des

δες, οὐ γαρ ἴσασι διαλέγεσθαι.

Complurium thriorum ego strepitum audivi, & fumidas jactantias ubique vidi. Vin' dicam quid sis? *homo* certè *bombylius* es; multi strepitus, sed inutilis.

Rhetorum flosculis abundas, argumentis indiges.

Opponens.

QVid verbis utor? ad verbera venio. Iam λογομαχία ad ungues ac pugnos effervescit.

Non est quod clamites, te oppressum eloquentiæ meæ viribus, & pondere verborum nimis gravatum, quibus ego nec polleo nec me jacto.

Gravissimi censores! nobis adimunt omnem Dialecticam, omnem philosophiam, omnem cognitionem rei philosophicæ; nihil reliquum faciunt

ciunt, præter ſuaviloquentiæ paulu-lum.

Quid ni & inter philoſophos floreat eloquentia Attica? quia enim poterit ſibi ſapientiam vendicare, niſi ſimùl adfuerit pediſſequa eloquentia? quæ nuſquam ab hera digreditur, ne philoſophia muta videri poſſit.

Nobis undequaque abſtipulantur philoſophi.

XXI.

Opponens.

IVre tuo non utar, nec meo; ad viros doctos provoco, & antiquitatis venerabile tribunal. Quid dices tu humuncio, coram iſto tribunali ſtans & hæreſeos poſtulatus? Quocunque te moveris,

veris, feres incommodum: philosophos admiseris, captus es; excluseris, nullus es.

Ergo tot ac tantos audes petere? expende vires tuas priusquàm pugnam capessis. Multis certare temerarium est: μὴδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο.

Adeste vos omnes, quotquot estis philosophi: spiculum distringat unusquisque vestrum, & hunc petat; ut, quale concitârit certamen, suo discat malo.

Quis audet contra theatrum orbis venire, & unus universis os suum opponere?

Prosiliat nunc aliquis hæreticæ factionis magistellus, attollat supercilia, suspendat nasum, frontem perfricet, judicesque suos scurriliter ipse judicet; quos ille ludos, quos jocos dabit?

Quid ni credam, quando tãm spectatæ fidei testes producam in judicium, quibus vel injuratis tutò credas.

Nimirum jactitant adversarii in angulis, in quibus, ubi quis tria ver-

ba Græca sonuerit, sapere videantur. Concilia generalia nostra sunt. His pugnabo. Hastam expectent adversarii amentatam, quam evellere nunquam poterunt.

Mihi quidem difficile nequaquam sit, conscribere & educere auxiliares philosophorum copias ex veterum recentiorumque Auctorum agris, si urgear: nunc autem satis hic velitatus sum, & levi manu nostram thesin adserui.

Vos quoque quotquot estis, ô cordati, & veritatis studiosi, vos inquam appello, ad vestrum tribunal, quæcunque dicam, defero, ut judicetis.

Itane vero? tantum perversitatis? tantum audaciæ? Omnia vetustatis, & sanitatis vestigia conculcare, & doctissimos quosque è scholis explodere, quanti maleficii est? explosit adversarius. Quid ita? quia stantibus illis concidisset.

Quis tu es, qui brachia dirigis contra antiquitatem, & summos adversus viros calcitras?

Ego

Ego manifesto judicio te convincam, si quid responsis, ac prudentium oraculis consenties; sed frustra hîc sudaverim, cùm omnes philosophi in erroris luto tibi hærent: & tu solus reliquos velut è tripode tuo aureo profaris Κέκλυτε μαντιπόλου τόδε θεσφατον Ἀπολλῶνος.

Quid igitur sentiendum de numerosâ ista philosophorum phalange, quos hîc aperte reclamantes invenias? Tu solus oculatus, ut aquila aut serpens Epidaurius: cucurbitæ aut talpæ sunt cæteri, & Tiresia cæciores. Accinite ergo Antagonistæ nostro, viri gravissimi; *Ille sapit solus, reliqui volitant sicut umbræ.*

Tu solus acutum cernis, reliquorum oculos Saturniæ lemæ vitiarunt. hos noctuas facis aut vespertiliones, teipsum opinor aquilam sentiens. Sed Cucurbita, cum lippiat, se solum tamen videre credit.

Sed quid ago? è plurimis & maximis paucissima quædam & levicula repeto, cùm mecum stet sacrosancta philosophorum senatus autoritas?

Quasi solus hoc dixerim, quod plus quàm sex millia doctorum fatentur. Nonne omnes hi mendaces, & tu solus verax?

Recenseamus, si placet, disciplinam philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus variis, ipsis tamen rebus in hanc unam coire, & conspirare sententiam.

Quid tu, leviuscule homuncio, viris maximis oblatras? Fortassis putas aleam pulchrè cecidisse, quòd cum doctissimis sis congressus. Fortassis palmarium ac triumphale judicas, si pluribus celebribus & eruditis viris moveas stomachum. Exibilaberis ab universo theatro, mihi crede, si tibi pertinacissimè placeas, si unus tibi ipsi plaudas.

Sed Ego ineptus, qui jam planè incipiam arenas numerare. Quid enim referam *Aristotelem*, quid *Scotum*, quid alios & crebrò, & vehementer in eandem sententiam disserere, cùm omnium certè philosophorum centuriæ agnoscunt, non agnituri; nisi fallor, si cum veritatis pugnaret interdicto.

Quò

Quò tu nunc tandem proruperis audaciæ, qui non dubites defendere, quod philoſophi ſeniores & ſaniores jamdudum exploſerint, & quaſi portentum quoddam procul à philoſophiæ finibus ablegarint? Monendus es, bone vir, ne dum ſupra omnium ſphæram ſapere & volare videaris, *Icaro* ſimilis ſis, & nova fabula fias.

Sedne uni confidam homini, undequaque huc confluunt viri intacti atque illibati teſtimonii; de quorum fide nemo nuquam fluctuavit.

Quòd ſi unius judicium in hac re non ſatis habebit ponderis, idem teſtantur omnes uno ore, exceptis perpaucis, qui ejuſmodi ſunt, ut non referat talium ambiſſe ſuffragium.

Quod ſi veteres illi philoſophi reviviſcerent; ſi *Plato*, ſi *M. Tullius* audierent; riſus, an ſtomachus illis commoveretur, ſane ſubdubito.

Quid aliud philoſophorum ſenatus univerſus magis clamat, quam hoc ipſum? Ecce ſimilia omnia; omnes congruunt; unum cognoris, omnes noris.

Alios non producam in arenam, ne prolixior sim. Non enim operæ pretium est. Hi sufficiunt ad ruborem incutiendum adversario, nisi jam frontem perfricuit & depuduit.

An dixi quicquam indictum? Plures, non ex *Romuli* fæce aut vulgo, eadem clamaverunt.

Nihil dico, de quo mutuum testimonium rogare cogar, aut in quod non juratur uno ore ab omnibus, & ut *Phidiæ signum* approbatur.

Possum id prolixè demonstrare ex testimoniis tum verorum tum recentiorum, sed nolo in meridie candelam accendere, aut telam, quam alii sæpe texuerunt, retexere.

Quis non dignè stomachatur, hujusmodi viros à te tam odiosè traduci, quorum nullus unquam de laude ne tantillum delibare ausit? Tu solus sumantes controversias restinguere potes, tu solus ad clavum philosophiæ moderator sedes; deles quos vis, quos non vis scribis, conscribis philosophos. Quid ampliùs facere posset, si Cathedram insideres?

Nova

Nova audacia! universos ad tribunal philosophos rapis, & erroris accusas. Quid ages? quid tu dices? scito te esse præfractum, & impudentem virum, qui temerè innovare audes, & aperire os contra vulgi totius sensum & *Musarum* omnium consensum.

Quanti negotii fuerit opiniones, quæ per tot secula penitus insederunt, eradere? Imò quàm iniquum erit, quæ mutuo omnium consensu comprobantur, unicâ autoritate rescindi?

In omnibus angulis plateisque hæc resonant, passimque per ora hominum obambulant. Frustra contra hunc fremitum voce venires, frustra tantæ testium nubi reclamares, etiamsi *Stentor* esses.

Viden' quàm frigeat defensio tua? viden' quàm parum habeat industria tua, quod speret? Quid enim rotundius sententiis illis ubique contra te militantibus?

Quot authoribus, quàm locupletibus, illud infirmâro, quod tu nullo,

nec commentitio quidem authore nominato, ita convolvis, ut intra tuam solius authoritatem claudatur.

Quorum omnium discussione ventilata res est, eorundem etiam suffragio comprobata: hostium frustranei, cassique morsus, & aperta hallucinatio, cùm ad eorum stateram causa exigatur.

Poteram horum suffragiis esse contentus; omnium meruisse nulli contigit, præcipuis placuisse sat est. Tantum enim adhuc rebellant pauculi quidam, grandiores, quàm ut sperent, crassiores, quàm ut possint, arrogantiores, quàm ut velint meliora dicere.

Taxas philosophos, quòd tibi oblatrent à tergo? Ausint tibi in os dicere, homines egregii cordati, neque vulgariter eruditi.

Quis est tam demens, qui se unum opponat omnibus? Ego vel falli malim in nonnullis, quàm tanto orbis tumultu pro veritate digladiari.

Sed ad propositum satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem

quem modum conſpirare.

Animadvertis philoſophos eadem diſputare, quæ dicimus: veſtigia premo, non invenio.

Omitto rudes illos, & veteres (quanquam de ſuis dictis ſapientes eſſe meruerunt) recentiorum quoque ſimilis conſenſio eſt.

Id, inquies, philoſophantium plebecula tantùm affirmat: imò & philoſophorum proceres huic adſtipulantur, nec ſine rationis fulcro.

Dictum prorſus philoſophicum; ſpeciem veri habet, & *utroque* quod aiunt, *pollice* à multis approbatur.

Nihil hoc frequentius apud philoſophos, qui mihi omnes de hac re aſſenſi ſunt ad unum, & communi calculo confirmarunt.

Quocunque me oculis & cogitatione converto, ſive ullum judicium vetuſtatis intueor, ſive lumen rationis, noſtræ opinioni ſerviunt, & ſuffragantur omnia.

Quid enim? an philoſophos producerem in hanc ſcenam? Autoritate conſtringaris.

Testes habeo philosophos: sta sententiæ, non meæ, non tuæ, sed horum omnium. Ad hos si quando licebit accedere, confectum est prælium.

Quod antiquitùs traditum, tenetur, quod adinventum nuper, explodatur.

Certè apud philosophos sæpe & imprimis fertur.

Ingens turba concurrit huc suffragiâ ferentium. Quid adversus hos excipies, Antagonista? Plus quàm decumanos fluctus tibi exciras, qui sic contra torrentem niteris.

Omnes pariter uno eodemque consensu apertè, frequenter, perseveranter tenent, scribunt, docent.

Non est pugnandum uni cum multis. Receptæ opinioni adversari periculosum est; præsertim cui manum porrigunt invictissimi philosophorum athletæ, lanceâ undique tegentes clypeoque rotundo.

Vnus cum multis, imo cum doctissimis iniens certamen, quid nisi sibilos ac risum lucrifacturus?

Dic

Dies me deficeret numerantem orationes, opuscula, disceptationes scholasticorum, in quibus ex apparato, graviter & ornate nostra dogmata roborarunt.

Tantisperne philosophis assensurum dicis, dum illi rationi adhæresçunt. Num loqueris ex animo? Curabo igitur, ut procedas armatus, atque stipatus veritati.

Sed tu persistis, & contra communem niteris mortalium omnium consensum.

Testes ubivis gentium viri docti, loco dissiti, nostrâ sententiâ concordes. Denique ne nominibus recensendis ambitiosus videar, quæcunque vel opera, vel fragmenta supersunt eorum, qui hanc rem sedulo tractarunt, omnia nobis unam sententiam exhibent, quam hodie profitemur.

Non hæc persuasio rudis & cascæ plebis fuit; clarum est, si doctissimos sequaris, in hanc sententiam iri posse.

Re-

Respond.

Si nonnulli mussitant, clanculum obtrectantes; non palam, non apertis, quod aiunt, tibiis refellunt, sed ut ranunculi, coaxant, è cavernulis latebrosa, & lucifuga natio, in publico muta, in angulis garrula.

Nolo te hac ripâ sequi. Quid nonnulli garriant, ne tantillum quidem moror; provoco ad veritatem. Sistemur, si placet, ad rationis tribunal: causa cadat, qui declinaverit judicem.

Egone ut ad cujusquam judicium in ratiocinando appellem, potiùs, quàm rationem? Vix sanè, si reviviscat *Aristoteles* ipse.

Sic tu omnes tuas copias in aciem educis, ut primum increpuit; tamen adversùm eas omnes, tum veteres, tum novas confligam ego solus.

Maxima pars, inquis sentit in contrarium

trarium. Quid refert? mihi cum *Lucilio* fiducia est, ut dicam, *Me paucis malle abs sapientibus esse probatum*, Ἢ πᾶσιν νεκύεσι καταφθιμένοισιν ἀνάρσειν.

Extra viam publicam ne deflectas, inquis tu; at ego do operam, ut quod ait *Attius*, *paucis probatus, quàm multis forem*. Nam qui non altum sapit ultra vulgus, *Midæ* suffragium approbabit.

Nam quid veri sperari aut prosisci scipotest ex fæce hominum, simulacrorum instar, quæ nervis moventur alienis, ut *Dædali* statuæ fuisse perhibentur; & utrium instar inflati, vocem mittunt, quam non intelligunt.

Age. Non recuso, si ita videtur philosophis. Sed quis erit arbiter certaminis? hujusmodi homuncio? Atqui iste nihil habet philosophi præter barbam, eruditionis ne pilum quidem, prudentiæ non multo plus.

Sed quos tandem philosophos mihi

hi jactatas, homo levissime? Deliras, qui his offuciis nos occæcari posse putas; ut, quod tuorum aliquis dixerit triobolarium hominum, id statim inter Tripodis dicta computemus.

Quis hîc prodiit in arenam? Mihi cum hac scabie confligendum? Cum hujusmodi sycophantis res est? Ne dignetur illos unguibus meis; indoctis his rabulis certasse sit turpissimum.

Non undequaque hîc omnes, ut tu somnias, consentiunt. Reclamant multi, multi in medio hæsitabundi relinquunt. Hos consulere debuisses priùs, quàm scholasticos omnes ad partes tuas tam audacter asciviſſes.

Viden' ut adversis frontibus inter se concurrunt authores? Creticæ tantum frontis est hanc tuam sententiam pro universali omnium consensu obtrudere.

Ostende nobis aliquem ex ævo illo prisco, atque à partibus alienum, qui hoc comprobarit. Detur unus, vir audacissime, & en ultro manus damus. Si hoc non potes, novum est,

est, quicquid reluctéris.

Quid est enim tam injustum, tam invisum, imo ac barbarum, quàm doctissimorum decreta infamare, acta pervertere; & nescio quid straminei hominis producere, cujus autoritate usque obnitare ad tuos errores palliandos.

Quid tu verò? veteres nobis, an novos libros revolvis? si novos, nullâ autoritate convellimur: si veteres, loca & verba profer, uti moveamur.

Errantium multitudo non parit errori patrocinium & tutelam. Vltimum virtutis votum est melioribus placere: velle omnibus? hoc verò est, mare pigrum, & ventos inanimos colligare.

Atego populare judicium & vulgi famam flocci pendo. Confusa enim & Amusa plebs vanâ opinione delusa, flectitubique ad pejora judicium: & ex isto grege unus quispiam si grunnire cœperit, mox grunniunt universi; *Elvetiorum* more, uno è turbâ proferente digitum, digitum proferunt

ferunt omnes, & ad prædam accurrunt.

Vt enim *Horatianum* sequens institutum, ventosæ suffragia plebis nunquam sum aucupatus, qui pari temeritate & probat & reprehendit; ita à probatissimis viris probari pulcherrimum semper judicavi.

Quis non intelligat malè sanos & vanæ & perditæ mentis in eo desipere, & ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia præstare?

Clarum igitur, inquis, quid adversario credi debuit; imo quid jam tibi, qui sine examine fidem impendis, & ægrorum somnia, velut oracula repræsentas: & in theatrum producis.

Ego, mi Antagonista, non tantum tribuo illis, præsertim in dimicatione pro aris ac focis, ut illorum autoritate me patiar opprimi, quibus, ne in ipsorum quidem arenâ, fires postulet, admodum cessurus sim.

Apud quod tandem tribunal peragror reus? hujusmodi! Vereor, auditores, ne talem simus habituri judicem

dicem, qualem olim habebat coccyx & luscinia inter se de canendi gloriâ decertantes.

Non admodum mihi convenit, fateor, cum philosophis, non dico eruditis, cum quibus maximè convenit, sed cum quibusdam istis, qui præter frigidas aliquot quæstiunculas, nihil didicerunt.

Quæ fuit unquam tam bene vel conscripta vel acta fabula, ut toti placuerit theatro? Nosti enim Theoreticum illud, non minus verè, quàm scitè dictum, *Iovem nec pluviam, nec serenum placere omnibus.*

Nihil excogitari potest tam prodigiosum, quin suos habeat assectatores. Neque desunt huic qui applaudant, qui faveant, qui εὖγε occinant: & omnino similes repetiant labra lactucas.

Quòd si quis fortasse philosophaster offenditur, ne, tanquam *Momus*, ea, quæ dico, rodat in angulis, aut hoc aut illud virulentâ linguâ laceret, sed orationem meam refutet.

Si argumentis inartificialibus contendas

tendas, non desunt (omnibus Musis ac Gratiis irratis nati) iniquum vociferantes; sin rationibus, superest manifesta veritas.

Conspirant personati quidam histriones, qui *Curios* simulant, & procul allatrant; coram nemo verbum.

Habes hic fateor suffragatores, sed qui clam & technis rem agunt, nemo tam perfrictæ frontis, qui palam ausit obloqui.

O telum philosopho dignum! coram non expostulant, à tergo mordent, conspirant clanculum, per tales scurras suam agunt fabulam. Adversus verò tam pertinacem barbarorum conspirationem, me defendant eruditorum numerus, *junctaque ambone phalanges.*

Nihil hactenus obtinuisti, nec unquam victoriam reportabis, etiamsi sexcenta hujusmodi in scenam produxeris: in hodierno enim testium tentamine numerosum, non ponderosum te exhibuisti. Expendi verò oportet, non numerari sententias.

Tu

Tu ad ævum ſapis, & autoritatem recentibus tribuis; ego veteres veneror, & obruam hos novatores veneranda antiquitatis canicie.

Te etiam atque etiam admoneo adhortorque, ut ſpectes quid dictet ratio philoſophica, non quid deliri philoſophi ſomniarunt; quid cordati viri, non quid in plebeculâ unus aut alter ejuſdem farinæ applauſor probaturus ſit.

Nunquam mihi fuit animus pugnare cum philoſophiæ primatibus; nec ſum tam temerarius, ut pugnare velim cum edictis ſummorum virorum tantillus vermiculus; patrocinium tamen nolo cauſæ tam gravis talibus deferre, qui omnium judicio vix audiunt philoſophi.

Citra judicium & rationis pondus cuivis rumuſculo non accedam. *Fide* ait vetus verbum, *ſed cui, vide.*

Non autoritate, ut *Legulei*, ſed rationibus philoſophi certant.

Quid mihi objicis quintæ claſſis homunciones? Horum regulæ non ſunt edicta prætorum.

Sic

Sic loquuntur plebs & vulgus hominum; spectatis durum hoc admodum videtur.

In scholis, inquis, nihil tritius: imo verò tota philosophorum cohors jampridem hoc explosit.

Porro res tuas in arctum cogi necesse est, cùm à talibus pedaneis hominibus, & infra mediocritatem subsidentibus tibi patrocinium petendum sit. Facile enim erit hos opinionum fumos dissipare.

Signum est causæ destitutæ autoritati solùm inniti. Convince me, non nominibus recensendis, sed argumentis contexendis, & dabo manus.

Malè

Malè interpretaris philosophos.

XXII.

Respondens.

VIde, vir audaciſſime, quantam vim facias huic loco, idque impudentius. Verba videantur. Citiùs ex pumice aquam, quàm hinc extorſeris tam barbarum ſenſum.

Obſecro hæccine mens philoſophi? ubinam? Modeſtè dixerim, nota eſt à tua mente nata. Produc verba formalia. Certè tam ineptæ diſputationis nec volam invenies nec veſtigium.

Hem! ut tu nimis intorques philoſophi ſenſa! Auditores, ſcitote non cum philoſopho mihi verſũ eum ſatore contentionẽ eſſe. Quod enim ſutoris eſt proprium dentibus alutam producere, idem hic in *Ariſtotelis* dilatandis dictis

dictis facit. Quocirca cave, philosophe, ne genuinos relinquas in corio.

Quæ tamen frons mea à *philosopho* dissentientis? εἰρωνικῶς ista, & ἐξ ἀντιστάσεως capienda sunt; aut ὦ σόφε σε, doce nos novus *Socrates*, τί ἐστιν εἰρωνία.

Mutilate hinc inde congeris testimonia, locum integrum in medium non profers: ad erroris tui defensionem quædam verbula furaris, eaque fraudulenter exponis. Sed desinas tanti viri autoritate stabiliendis tuis sententiis abuti; desinas tandem rapta per nefas à divini viri reliquiis ad tuos nefarios usus deflectere.

Num tibi erroneus videar, quòd à philosophis diversus abeam? imo tu reprehendendus es, qui à sententiis suis philosophos temerè interpretando trahis.

Quid ergo philosopho visum dissentire? non ipsi quidem, sed tibi, qui pervertis.

Verbula quidem adfers, genuinum sensum corrumpis, & novum gignis,

cui

cui incumbis, ut ſub alieno nomine hæreſin concinnare machineris.

Dictum non nego, ſenſum ediſſero. Pagellâ ſcriptâ fortaſſis ſuperiores, de ſententiâ ſcripti contenditur, quæ longè diverſum ſonat, atque repugnat veſtris opinionibus.

Truncatum dimidiatumque more tuo allegas: hinc præcipua quæque verba derodis, dicam, an deradis, quæ parum inſtituto tuo facere videantur; authoris ſcopum nullatenus perpendis. Niſi verò ſenſum magis, & intus latentem nucleum, quàm verborum corticem inſpicias, fruſtra es.

Hòccine eſt philoſophum advocare in patrocinum cauſæ tuæ? Imo potiùs ejus oſtium violenter effringis, ad tuam ſententiam, commodumque verba detorques, invita trahis, & in jus tuum tranſcribis.

Quis ferat hujuſmodi interpretationes? A mente authoris alienas, intrepide aio & pronuncio.

Atqui rurſus hoc loco cogor in philoſopho deſiderare non ſolum diligentiam, verùm etiam frontem. Quid enim

enim impudentius quàm adversus omnium veterum & recentium sententiam inducere novam lectionem; sensum item novum, ne parum multos locos habeat Antagonista.

Quàm malè transtulisti? ad ipsum fontem provoco: neutiquam possunt conciliari. Sed talibus interpretamentis vestra dogmata nititur.

Cæterùm tu verum sensum depravas, adulterinum, ac planè coactum affingis, quem verba etiam rigidè accepta non insinuant.

Ipse textus evidenter aliò ducit, quem sequi decet: & tamen tu sic interpretaris, ut volentem nolentem in obsequium perpellis, & velut obtorto collo, quocunque tibi lubitum est, pertrahas.

Sed tu Græcanicâ levitate aspicis tantùm authores, non inspicis, saltitans, ut cicada in detonso gramine, non sollicitus de rerum nexu, si verba possis nonnulla ad vertiginem tuam torquere.

Observa ἀσύνδετον, & omnia erunt plana.

plana. Obſerva obſecro & miſereat tui, quem prava interpretatio ad hos diſcurſus prolectavit.

Omnia invertis, pervertis, mutas quadrata rotundis, nec tamen proficis hilum. O quàm jocularem philoſophia nacta ſit tractatorem, qui ludit locis, ſicut pueri talis, cunctaque ad arbitrium ſuum demutat!

Neque audiendus eſt homo fœneus, ſi clariſſimæ & teſtatiſſimæ veritati, cum frigidiſſimo gloſſemate ſuo ſe occurrere poſſe ſperat.

Quò magis admiror, hominem tam impenſè doctum nobis cum ſupercilio ſui capitis ſomnium objicere; & præter omnium interpretum mentem planè ad palatum ſuum ſenſum inducere.

In iſtis verbis deſidero ſenſum argutum & tali viro dignum. Interpretamentum hoc eſt vaccinæ cujuſpiam, diſtortâ mente non pedibus.

Quid verba mea detorques, & innocentem ſermonem afflicto ſenſu adulteras?

Quàm hìc sudant interpretes, ut lectores persuadeant, equidem non ignoro; verum, quomodo iste sensus erui potest, planè fateor, animus mihi caligat.

Non ausus es contravenire sonitu; rem ipsam funditùs interpretando sustulisti.

Vnde hunc sensum expiscatus es? Exclamare hìc licet, ô mulinum pectus! ô cor asininum! Certè nec pes, nec caput in hac expositione apparet; *nec cœlum*, quod aiunt, *tangit nec terram*.

Opponens.

QVos illi locos afferunt, afferemus; quos conferunt, conferemus. Placet? Excrea, dic sodes. Minimè verò, inquis, nisi rectè exponantur. Quid est hoc ipsum rectè? Arbitratu tuo? Nihilne pudet labyrinthi?

Locus

Locus mihi ambiguæ ſententiæ olim & perplexæ. Deprecor invidiam: ſed profectò hunc locum, ſi quem alium, propitiis Muſis jam aſſequutus ſum.

Hæc propemodum aliena ab authore, ſed per eum non abſurdè, ut ſpero, necingratiis veſtris, auditores, mihi nata.

Nihil hic coactum, nihil contortum, nihil non germanum video: quod qui neget aptum ad ſenſum eſſe, ipſe ſine ſenſu.

En tibi genuinum hujus loci ſenſum, juxta dicentis verba & ſcopum erutum. Iudica nunc quàm firmo tibicine nitor: nec enim aliò tu traxeris ea verba non me quidem interprete.

Nonne vides ipſas voces nobis præire ad hanc interpretationem, nihilque nos novum, nihil à dictionum ipſarum ſenſu ſeperatum afferre, quæ maxime jam veniunt in controverſiam? vide obſecro locum, & ſenſum hunc defendi poſſe, tu defendes.

Hæc ſcio & vulgus interpretum lon-

gè secius accipere; sed ne cum vulgo (qui miserrimè hìc hallucinari solet) abeas errabundus, alium ego sensum odoror, ad rem & ad verum certè, si non ad authoris mentem.

Simplex hæc sententia, fateor, & ex primo verborum aspectu. At qui scrutetur, valdè, vereor, repugnet. Merito hìc hæsimus; at nunc me (animo quidem meo) expedivi.

Neque quisquam alius interpres ullum scrupulum movit hoc in loco: & si quis conetur alio detorquere, reclamabit illico quod sequitur.

Sententiam potiùs in hoc loco expedimus, quàm verba: & quid ambigimus? sententia sanè percommoda est.

Cur, inquis, huc trahis illud præter interpretum mentem? Cur non? Nec enim est tanta interpretum auctoritas, ut nusquam liceat dissentire, præsertim cùm absit contentiosa pervicacia.

Mihi videtur hæc germana lectio, nec ad sensum otiosa, nisi quid dissentit senatus, populusq; philosophicus.

Cave

Cave dubites, quin huc philoſophus reſpexerit. Quiſquis aliud adfert, campas loquitur.

Mentiris philoſophos.

XXIII.

Reſpondens.

TVis verbis *Ariſtoteles* probat, *Scotus* negat, alius refert. Quid ſi neque probet, neque neget, neque referat? prodeant ipſi, & vocis ſuffragia coram ponderentur. Oculatæ ſunt noſtræ manus; credunt, quod vident.

Itane bone vir? Da locum, & profer tabulas. A januâ aberras, & *præter caſam*, quod aiunt, *curris*.

Hæccine *Ariſtotelis*, an tua verba, perdite? Fidem tuam, Antagoniſta!

ſta! verba quæ citas, videantur, & res teſtis erit.

O frontem philoſophicam! Quid dixit os impudens? Falſò citas omnia, cæcutiſque ubique. Quid hoc eſt aliud, quàm κατὰ ἐυφημισμὸν & te & illum mentiri?

Vervecium caput! Nonne adverſum mentem *philoſophi* diſertè iſta? En locum tibi lector, ſi acutior fueris ſuggere, ut agnoſcam; vide obſecro, & calumniatorem medio digito indicabis.

Sed tranſis ab hoc munuſculo ad duplicé arietem; quos intorques verbis & viribus *Ariſtotelis*, & mœnia noſtra valde quatis. Pax, Antagoniſta mi; objecto lanæ ſacco arietis hujus ictum mollio & excipio. Non hoc dicit, quod in fronte videtur: certè hoc fatebitur, qui verba vigilans leget.

Non recuſo, quin ſpectemur hoc uno examine, & lis ſecundum illos detur. Neq; enim vereor, ut philoſophos, quos prenſeras advocatos, depulſa fucorum caligine, acerrimè te redarguentes introducam.

Tu

Tu ut nominibus recitandis ora auditoribus oblinires, catalogum pertexis nonnullorum, quasi pugilicè, & athleticè vestram causam propugnantium; sed quàm impudenter & imperitè libet tantum salutatim indigitare.

Demiror impudentiam tuam, vir audacissime, qui tam insignem mendacii telam, velut araneus ex te ipso confinxeris. Inspecto libro nihil hujusmodi ibi repperi, nec reperire sanè potui, vel *lucernis perscrutans* (ut loquitur vates) quod tam prodigiosæ calumniæ affine videretur.

Tu quidem, seu victor, exultasti, nec dum constat philosophum totum in tuam discessisse sententiam. Provoco ad textum: verba longè aliud sonant.

Mentiar, si uno verbo vobis suffragetur, aut quicquam modo insinuet ad rem vestram quod sit. Sed piget me impudentissimæ vanitatis tuæ, qui cùm omnia conquiras, omnia corroges, nihil tamen usquam invenis, quod auxilio tibi sit.

Vt *philosophus* hæc scripserit? nunquam factum: merum additamentum est, ab *Ixione* aliquo librorum & *Aegistho*.

A quo tandem authore tam præclarum argumentum mutuatus es? An non prodiit hoc ex cerebri tui officinâ? Opinor sanè. Tuum acumen redolet, & confidentiam.

Sed ut texas consequentias, & multiplices absurda, mendaciſsimè & malitiosisimè adulteras philosophi verba, ac fingis eum dicere, à quo totus in contrarium planisſimus abit.

Non concoquo illa verba: & audeo dicere esse à mala manu fædè interpolata, nec à philosopho dicta nec picta.

Vilisſimi pecudis glosſema! Non pannus in purpura magis conspicuus sit, quàm hìc ad *philosophum* adtextus.

Quis ferat humanisſimè, clarisſimo viro tam impudenter obtrectari, ut quæ nusquam neque sensit, neque scripsit, neque forte somniavit, ea longas

longas huic vappæ materias ſuppeditent argutandi, declamandi.

Impudentiſſimum mendaciũ frontis ferreæ! ſi ille uſpiam tale, tu viciſti, Antagoniſta; ſed nuſquam invenies; & ideo vapulabis.

In *philoſophi* verbis fruſtrà ſatagis. Nam ſi attentiùs expendas, minimè omnium veſter eſt.

Commoviſti me eo argumento, cum legi, fateor, ſed non dimoviſti: idem enim facilè in gradum reponunt verba philoſophi conſequentia, ita clarè, & graphicè dicta, ut trahi huc, quo tu moliris, nullâ vi poſſunt.

At hoc mihi non ſit veriſimile, Antagoniſta, quod in iſtam partem propendiat philoſophus, ſed in aliud longe majus.

Non tantùm non defendit, ſed & ſolenniter repudiat. Ad verba teremiteo.

Ecce delumbat adverſarius ſententiam clariſſimi viri & verba etiam depravat, quantum ſibi videtur, quo facilius concinnandæ calumniæ ſubſerviant; & per obliquas conſecutionum

quaſi

quasi trochleas conatur elitere, quod non minus distat à mente authoris, quam oriens ab occidente.

Quid visa tua, imaginationesque assuis authoribus, & pro authenticis venditas? diffulus scilicet tibi ipsi & causæ, latebras quæris.

Opponens.

NOn recitabo ad longum ejus verba. Cui bono? Totis paginis contra vos militat.

Quid opus longiùs ire? libros consule, & fateare obvium fuisse, quod tu aut ignoras turpiter, aut dissimulas nequiter.

Si quæris ex quibus locis testimonium contextum sit, en tibi illa. Noli oscitanter legere; & nisi hæc ipsa comperies, me in jus voca.

Revolvas verba. Non me calumniæ & mendacii arcesses, sed teipsum potiùs

potiùs inſcitiæ & impudentiæ.

Recognoſce verba ipſa, (ſi dubites de fide mea,) quovis electro clariora. Non ſerio, inquis, ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς. Poteriſne tu intima mentis meæ arcana olfactare? Sagacitatem tuam tibi gratulor.

Impingis etiam gravius crimen, quòd falſo citârim authorem: imo hoc falſo iutentas, Antagoniſta, oblitus philoſophicæ modeſtiæ.

Quis, tam hoſpes in Ariſtotelicâ lectione, ut neſciat? quis tam inverecundus, ut inficietur, cùm verba luculentiora ſunt, quàm ut præſtigiis ullis obruantur; cùm, inquam, locus ipſe citatus ſibi reclamitet, & impudentiam, quamvis mutus, coarguat?

Hoccine commentum meum? aut nihil à ſcopo fingi potuit alienius? Non ſic diceres, ſi unquam cum philoſopho communicaſſes, qui tot ac talibus ſententiis refertus eſt.

Vah impudens! inquiet aliquis. Non ſum. Conſidera locum: non nimium erro, ſi quid ego ſentio & ſapio.

Veriſſimum

Verissimum est: non eget probatione.

XXIV.

DEmiror quâ fronte quis contra istud venire ausus sit, quod tam ad verum exactum est, tamque probatum, ut Cretem nullo pacto exploratorem reformidet, ne Rhadamanthum quidem.

Conspiret quicquid uspiam est hæreticorum, jungant fœdera; immotæ veritatis est.

Quid dici potest verius? Ne tu quidem ipse, quamvis Zoilus, neges.

Cæterum quis tam stultus, aut brutus est, ut audeat repugnare? E fidei tabulis depromptum esse, & quovis Sybillæ folio certius, ipse meo periculo ausim affirmare.

Ne

Ne deliberare quenquam puto, quin conjectura noſtra vera ſit. Age, ſit igitur hoc inter ea, de quibus dubitare fas non eſt.

Quid receptius? aut hoc verum eſt, aut illud falſum, quod totus orbis loquitur.

Homo non ſim, ſi vel verbum ultra addam in re fortiſſima ad fidem, & quæ tantarum eſt virium, ut ſeipſa tueatur.

Sed quid ego mortale lumen in clariſſimum ſolem infero? Quid per ſe illuſtriſſimum verbis illuſtrare coner?

Poſſum id collatis teſtimoniis aperte demonſtrare, ſed quia non eſt controverſum argumentis ſupersedeo.

An tu mihi repugnabis de hoc? Obſecrote, bone vir, ne contra ſolem loquitor.

En mirum veri concentum & harmoniam. En Iovis ſuffragium. Dic mihi, adverſarie, quid nodum in ſcirpo quæris? quid tantos fluctus excitas in ſimpulo, & ubi litium nihil eſt, litem ſeris.

Non

Non credebam te velle ire argutum hoc, tam verum, quàm quod verisimum, tam clarum, ut nihil clarius. Quod si persistis, omni telorum genere refellaris.

Homini contentioso, atque *αὐθαδεστάτῳ*, quis unquam persuaserit? Non persuadebis (ut ait quidam apud *Aristophanem*) ne si persuaseris quidem.

Non recusavero videri vanus, nisi res ipsa mihi fidem facit.

At tu, inquis, negas, quod ne *Orestes* quidem negaret. Hoc si falsum erat, refellas, adversarie, sin verissimum, quid obgannis tam odiose?

Hæc mera veritas; tam liquet mihi, quam me vivere. Et quis ille *Thrax*, qui hoc neget?

Subtilia hæc videntur? sanè vera: aut fides aversa à me in omne ævum.

Egone ut mentiar? *Achilles* ille *Homericus* à mendacio non magis, quàm ego abhorream.

Veritati hoc imprimis consonum est, firmissimo munimine nititur, quic-

quid

quid contra latret ac deblateret extremum imperitiæ & impudentiæ excrementum noster Antagonista.

Sed quæ illa tandem, aut qualis, inquis, est fabula? Num è veteribus aliqua, quales *Æsopus* finxit? Non; sed ejusmodi effatum, quod tu à *Vate* prolatum si dixeris, nihil errabis.

Falsissimum est.

XXV.

IMpudens mendacium! Credam ego? non si credendi autor mihi Phœbus ipse.

Quæ frons affirmet? O Lepidum commentum!

——Credat Iudæus Apella,
Non ego.

Non pudet tam improbæ vanitatis? Digna fabula, quæ addatur veris narrationibus *Luciani*.

Quid

Quid dicam? immensum, incredibile; & qui non stupeat ad hoc tam prodigiosè falsum, ipse stipes.

Vide quid affirmes. Ταυτὶ προσδοκᾶς πείσειν ἐμέ; Ignosce, tam magnis cervicibus ego non sim; nec tuâ quidem causâ credere possim.

Vt nihil pudet! Non possum illud *Satyricum* non dicere;

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles.

Mira narras & non credenda. Audesne fabellam hanc veritati constituere asseclam?

Fictio hæc est & merum somnium; & tu quidem *Partho* quovis mendacior es, qui sic nos seraphicis tuis commentis deluderes.

Quid audio? Nunquam tamen ego tuæ subtilissimæ ratiocinationi fidem meam alligarem. Eâ namque polles ingenii vi, ut etiam poetarum fabulas ad rationis libellam deducere valeas.

Vis ut istud tibi credam? Age credo: at eâ lege, ut vicissim mihi mentienti fidem sis habiturus.

Narras

Narras *Siculis* gerris vaniora. Quis sanus credat, aut pro sano? Vereor, ne *Parmeno* ille *Terentianus* ista non contineat.

Næ tu nobis adfers paradoxum omnibus *Stoicorum* paradoxis παραδοξότερον. Quis affirmet, nisi quibus nec ara nec fides?

Atqui rursus hîc cogor in philosopho desiderare non solùm diligentiam, sed etiam frontem. Sed qui semel pudoris limites transilvit, eum gnaviter impudentem esse oportet.

Vaniloqua hominis ōratio & falsa: scilicet egebat hoc fuco causa vestra.

Delirantium aniculārum fabella hæc est. Et quid verba facio? citius pili nascantur in hac manus vola, quàm opinio tua in mea mente.

In hoc sanè sentio me nervis defici, ad tantum & tam horribile mendacium querendum. Non hîc limatâ aut subtili responsione, verùm declamatione forti & vehementi opus est.

Faceſſant illa opinionum portenta; veritati

veritati adhærescamus. Si omnes vires exerueris, nunquam induces, ut assentiar.

A fide dignis multis traditum, ais. Αλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνι στήθεσιν ἔπειθε. Hoc tibi integrum. At mihi nondum animus adsentiendi; nec tibi quidem, si cum judicio excusseris.

Olet mendacium. Non si aram tenens juraveris, credam tibi.

Egone ut credam? Non si Cato ipse dicat.

Mirum acumen! Solem hunc tu Lunam esse evinces, & noctem, qui nunc est dies. Nemo ægrotus quicquam somniat tam ridiculum, quod tu serio vultu non asseres. Itaque jam ad summam venimus;

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Dubium

Dubium est.

XXVI.

COnsule, inquis, philosophos. Imo consului, & quidem permultos. At revera quid respondent? Id quod advocati Demophoni apud Comicum, *alius negat, alius ait, alius deliberandum censet.*

Vterque nostrum veritatem sibi vindicat: una est, divelli nequit; à qua parte stet, controversum est.

Hærere in hoc loco necessum est, qui nusquam hæret. Video utrinque paria rationum momenta: itaque dubito, & planè τῶν γνώμης ταλαντεύων.

Hæsi in hoc loco olim; quem nunc quidem per ambulo levi pede. Hoc tamen ipsum an verè, ambigas jure.

Sententia hæc valde ambigua inter natantes scholasticos; hic itaque ambigo

ambigo ego, & cum multa dixerim clàudo tamen omnia, & signo hoc responso, mihi non liquere.

Cerebrum multis excussit hic locus; & mea quoque, fateor, in his salebris hæret navis.

Inter utrumque ambiguus hæreo, huc inclinans & illuc. Cùm audio impugnantes nonnullos, displicet hoc: rursus cùm audio defendentes, hoc prorsus ἐφεκτικός.

Dixi paucula; si erro, da veniam. Censeo ego diversum à te: censeo, non pugno.

Ego de illo in nutram partem pronuncio suos habet judices. Me nec judicem facio, nec adversarium, nec patronum.

Quis non animi pendet? quis potest reluctantes animos in unum cogere, & partes inclinare? Certè hic fluctuant philosophi & fluctuabunt æternum.

Tanta opinionum varietas, tam discrepantes sententiæ, ut quâ parte stet veritas, non facilè dijudices. Hic verè locum habet Horatianum illud,

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur, Poscentes

Poscentes vario multum diversa palato. aut illud Terentianum, *Quot homines, tot sententiæ.*

Indignandum omnibus, imò indolescendum, audere quosdam, expertes artium, nisi sordidarum, certum aliquid de his decernere, de quibus usque adhuc ipsa philosophia deliberat.

Ambigo, non affirmo; vereor enim huic sententiæ accedam, an refrager. Æquo Marte decertatur utrinque, *hàc urget lupus, hàc canis angit.*

Quæ frons affirmet? Audeas? Tua hæc conjectura est, & audes in dubiis tam confidenter loqui? Meâ quidem opinione, quæ sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec tot ac tantis viris deliberantibus, temerè & audacter in alteram partem ferenda sententia est.

Nonne habet locus obscuritatem, in quo hæsitant tanti viri, nunc in hanc, nunc in alteram partem præponderantes?

Rem aggredimur, non satis ab authoribus explicatam, & inter disertos homines sanè controversam. Oc-

Occultum est, & supra humanum captum.

XXVII.

Opponens.

PRoh dolor! hujus tam latentem causam, & tantâ caligine circumfusam, quàm avidè quæsivi! totius naturæ venas intimas, & viscera penetravi, nec tamen exclamare tandem cum philosopho potui, εὕρηκα, sed, ut verum fatear, *clamavi Hylam.*

Quare, si quid sapientiæ tibi aut verecundiæ est, desinito cœli plagas, & mundi fata & secreta rimari, ac si in *Saturni* sinu fuisses educatus. Hæc videat *Phœbus*: quæ supra, nihil ad Spartam nostram.

Arrige aures, Antagonista, omnium abstrusarum quæstionum curiosule amator,

amator: age, unicum hunc scrupulum nobis exime, & ego tibi expediam illico *quomodo Iupiter Iunonem duxerit.*

Quod si cancellos nostros impune transilimus, si ignota hæc & peregrina visimus, nihil deinceps mortalibus arduum erit. Cælum ipsum adibimus tandem, humi strati; imò extra anni solisque vias versabimur, terræ claustra & mundi obices perfrangemus, denique scientiæ nostræ fines multò longiùs, quàm natura voluit, proferemus.

En Gigantum arrogantiam! En monstra hominum! Et quibus vel *Polephemus* ipse nanus sit. Nonne philosophi nostri *Cælum digito attingunt*? nonne & iidem sunt etiam *apud inferos*, quod dicunt, *terniones*?

Quis verò omnino hic sensus involvatur, nescio: Ὀνειροκρίτην non consului. Et nescio an quis alius volet? jucundiùs nesciri quædam interdum possunt quam sciri.

Sed quid tibi *Herculis columnas* objicio, qui quasi *Iovis quadrigis* repentè raperis ex Olympo in terras, rursus è terris in cœlum. In

In tenebroso loco collineabo ad scopum, hujus ævi face vix illustrandum; & nescio an pertingam. Nihil hic habemus præter suspicari. Dicam tamen pauculà; si erro, da veniam.

Cùm tantùm absit ab exploratione divinâ humana mediocritas, ut neque, quæ supra nos, cœlo suspensa sublata sunt, neque, quæ infra terrâ profunda, demersa sunt, aut scire fit datù, aut scrutari permissù, aut scisscitari religioso; satius esse, puto, his in rebus hallucinari, quàm odiosâ diligentiâ ea perquirere, quæ rectiùs latuissent.

Horrescit mihi animus, cum mecum cogito, magistros rudes & indoctos, ea, quæ humani pectoris angustiæ non capiant, veluti certa & explorata affirmare.

Hinc illæ lachrymæ: de rebus obscuris, & humanæ rationi imperscrutabilibus, omnes seu de certis judicant. Et ad quamcunque sententiam, quasi tempestate delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhærescunt.

Cimmeriis tenebris latet involuta veritas.

veritas. Et quis est tam *Lynceus*, qui in tantis tenebris videat? Licet plura divinare; & mihi quidem conjecturæ quædam sunt sub calamo; sed leves, & quas nebulæ cyatho nemo emat: simplicius erit dicere, nescio.

Mihi non libet in arcanum illud altiùs penetrare. Nescire velle, quæ magister maximus docere non vult, erudita inscitia est.

Respond.

O Peponis jecur! o cucurbitæ sinciput! Vbi est acumen tuum? Ni planè cæcus esses ad *Tyresiam*, facilè hæc videres.

Cæcitatem & stuporem! ταυτὰ μὲν καὶ τυφλῷ δῆλα; imô oculis planè *Homericis* liquet.

Nihil opus, ut vano stlopo buccas hic tibi inflares de πολυαγνωσία tua. Hæc ego in cunis adhuc vagiens, non igno abam.

Quis hæc, qui primis labris philosophiæ cupedias degustavit, non sapiat? quid lucem solifœneras? quid

observatiunculam unam item atque alteram ostentas notissimarum rerum, quas nemo nesciverat etiam priusquam *Theognis* nasceretur?

Nec auguria didici, nec Mathematicorum cœlum curare soleo; & tamen quid hoc sit, non ignoro.

Tam obtusum esse quempiam, cui ista non suboleant? quid oculos & mentem adeo fascinavit, ut in re tam clara caligares?

Sed castiganda est crassa illa tua, ne dicam asinina, & philosopho multùm indigna stupiditas, quæ quicquid reconditum est, & paulò infra superficiem, ut occultum videri facit.

An hoc nescis? quid igitur scies? ut rudis es & puer!

Bæoticum ingenium! Lippis profectò non lemis sed ollis.

Et quomodo (fatue, & *Lunatice*, qui *Saturnia* oles) hoc te lateat? Tam manifestum est, tamque conspicuum, quàm solis esse radii, cum sudum est, solent: & qui in tanta luce tergiversatur & spissat, is talpâ cæcior est.

Ex omnibus illud apertum est, qui

quid video, & mirè planum, nec tam bardum quenquam censeam, ut hoc non capiat.

Quasi nobis non constet hujus ratio, etsi à te non capiatur angustæ mentis homine.

O crassum ingenium! suspicor te esse *Batavum*.

Num *lolio vitiatas*? num cucurbitæ oberrant oculis malè lippis?

Quid respondes Philosopho?

XXVIII.

Opponens.

Aſſero ego, tu negas. Consignatæ adferantur tabulæ, & primipilus sit *Aristoteles*, philosophorum Coryphæus. En tibi in os contradicit.

Et quò tandem redactus es? Eò

scilicet, ut stare nequeas, nisi *Aristoteli* vim & manum intuleris? Magnus sis, & vel *Hector* ipse; *Achillem* inveniſti.

Quanquam tot doctissimorum virorum suffragiis in diversum urgeor, *Aristotelis* tamen autoritas, aliorum rationibus, etiam enucleatissimis, (adeo ut ne *Oedipus* ipse solvendo sit) præponderabit; & audebo cum eodem philosophari.

Sed heus tu! si sapis, aut quàm primùm cum *Aristotele* redibis in gratiam, aut bellum tibi palam à philosophis omnibus indictum intellige. Lædi ille non potest, nisi ut tu pereas. Omnes læsisti, cum unum læderes *Aristotelem*.

Cum hujusmodi hominum genere non equidem pugno. Sit per me suum cuique pulchrum; ducat *Cascus Cascam*; & quod dixit Taliator, *Scaurum Varus*. Mihi placet hàc ingredi, quò me ille philosophorum meritò princeps *Aristoteles* cum pulcherrimo tot veterum cœtu vocat: quibus cum viris, mihi crede, insanire malim, quàm

quàm cum neotericorum vulgo philosophorum quantumvis sapere.

Quid agimus auditores? quos tandem sequimur? Prostituimus aures tam indoctis? tam inter se dimicantibus? Annon potiùs *eum auscultamus, cui quatuor*, quod dicitur, *sunt aures*, quàm levem quempiam magistellum?

Adeamus, si libet, *Aristotelem*; & quæ utrinque disputantur, ad *Lydium* illum *lapidem*, sive *Heracleum* explorémus. Videbis philosophi principalis nobiscum penitus opinionem consonare.

Frequentes autores sunt, sed egregiè *Aristoteles*, magnum illud philosophorum sidus, à me stat, & in te classicum canit. Quid non velim hoc auspice? quid non ausim hoc auctore?

Sed ne probationes frustra conglomerem conglobemque, en tibi testimonium ab ea autoritate profectum, quod tu instar senatus consulti *Romani* habiturus sis. Audi itaque *Philosophi* verba, credo dignissima, si volvas di-

ligenter, ampliùs nihil erit, quod desideres.

Quid blatero cum meis istis arguciolis, quando philosophorum magister scitissimè id pertractavit? Adeamus philosophum; & quicquid ille de singulis pronunciaverit, Oraculi vice fuerit.

Aristotelem appello, ad cujus tribunal, quæcunque dicam, defero: ad illum inquam provoco, cujus tanta est in defendendo potentia & patrocinium, ut nullam penitus repulsam patiatur.

Si omnibus approbare non possum opinionem, certè confido me doctioribus approbaturum; imò, si philosophos omnes in me concitarem, satis est vel unius *Aristotelis* calculum tulisse. Tantum inter illum & reliquos, vocatis *Quiritibus* ad suffragia, invenietur.

Imò rem narro à gravissimis proditam autoribus; nisi forte tibi parum spectatæ fidei sit *Aristoteles*: cujus dictum appono, & oppono.

Atqui, hoc est *Aristoteli* in os obloqui-

qui. Concilia te *philosopho*, si potes. Hæc non possunt esse vera, nisi falsus *Aristoteles*.

Abundè profecto à me satisfactum arbitror, nec arcessendis opus est testibus, aut comprobatoribus, ubi *Aristoteles* est ipse autor.

Respondens.

NOn probo *Pythagoricum* illud αὐτὸς ἔφα: hoc est plùs sapere ex alieno jecore, quàm meo, ut olim *Pacuvius*. Rationem dicti à te flagito.

Habe tibi hanc philosophiam, *Antagonista* mi, quæ è tam tenui filo suspendisse fingitur, quæ sic *Aristotelis* unius cathedræ innititur, ut cœlum olim *Atlantis* humeris; qui si labatur aliquando, ruit alto à culmine, & luxata jacet philosophia.

An quicquid est uspiam literarum absorbuit *Aristoteles*? an philosophiæ

universos ille thesauros ἐμονοπωλίσ-
το, ut non nisi de ejus torrente reliquis
sit bibendum? an ab illo solo ὀχετη-
γῶ in omnium hortos fluvii & cana-
les derivantur? an jus, nomen, fami-
liam, hæreditatem *Musarum* hæres
ille ex asse, & patrimonium ita adi-
vit, ut nobis omnibus vivendum sit
Aristotelis quadrâ? λέγειν· λέγει.
Non est unus aliquis, ut *Seneca* pater
appositè, *quamvis præcipuus imitan-
dus.*

Hoc si negas, inquis, agedum *Aristotelem* ipsum coarguis. Esto, nec pili facio. Liberum uniuscujusque judicium; non ero mancipatus *jurare in verba magistri.* Amicus mihi sit *Aristoteles*, magis tamen amica veritas, ut ille ipse inquit adversus *Platonem.*

Non *Philosophi* in me imperio in eorum detraho. Indolescendum tamen est, tantam in scholis occupari tyrannidem, ut liquidissimo sensui judicioque, imò & ipsi veritati potius sit, quàm *Aristoteli* renunciandum.

Ni vacillaret causa tua, non ad *Aristotelis*

ſtotelis ſubſidium confugeres, ut claudus ad baculum. Ni planè diffideres viribus tuis, & argumentis, non, ut timidus *Teucer* ſub *Ajacis* clypeo lateres; non *Titanas* implorares.

Cur in meis damnandis tantùm apud vos valet *Ariſtotelis* authoritas, in confirmandis plumâ levior? Siteneas *Ariſtotelis* leges in opponendo, in reſpondendo quoque niſi teneas, iniquè mecum actum eſt.

Equidem accepi celebrem eſſe *Ariſtotelem*, & vereor, ne philoſophorum ſenatus hæreſeos mihi dicam ſcribant, ſi quid refrager. En ultrò manus damus, & faſces ſubmittam tam erudito viro.

Nectarea igitur philoſophi principalis verba in medium adducas quæſo: ſi vobiſcum penitùs conſonant, herbam dabo; & ſi quid reclamet ille, non dubitabo ego παλινῳδεῖν.

Me miſerum! num per vicarium philoſophandum? alieno ore comedendum, bibendum?

Errat Philosophus.

XXIX.

Opponens.

QVid ego audio? *Iovis* suffragium? *Apollinis* Oraculum? *Sybillæ* folium? *Curetum* os? Leniùs, Antagonista mi, calculumque sustine. Clarissimus est, sed non extra omnem ingenii aleam positus. Quid refert, si in eum convenit Græca paræmia? Ἀλλῶν ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι ῥυπᾷ. Lauda *philosophum* (quem tu oscularis tam cupidè, quem nimiùm scio deperis) eloquentiam tuam conabimur vincere. Audiat literarum Phœnix, *Musarum* παίδικος, philosophiæ corculus atque ocellus; nos acclamabimus; & *Homericum* illud dabimus, εἷς κοίρανος ἔστω. Nemo illi primus, nemo secundus. Parumne tibi videtur

detur hoc, ni & tanquam Deum decoremus?

Quid dicam? non te, insecter, vir eximiè docte. Sed bona fide hæc scribis? Erras nimis.

Dispeream, ni unum *Aristotelem*, pluris facio, magisque amo, quàm universum strepitum reliquorum omnium. Aio tamen hìc (parcite *Aristotelici* manes) dormitasse magnum illum *Homerum*, & præsidenter nimis locutum.

Sed esto, homo fuit in quovis literarum genere ad palmam natus: at homo tamen, à quo ἀνθρώπινον nullum πάθος alienum est. Cathedræ insideat ille, & philosophiæ principatum obtineat; non tamen supra ventos, & procellas, supra omnes res humanas, in *Olympi* montis cacumine mihi constitutus videatur.

Expecto quopacto tuearis *Aristotelem*. Hoc tibi dolet, bone vir, *Philosophum* reprehendi: Sed cur non *philosophum* defendis? doles reprehensum, & indefensum relinquis.

Tu

Tu nunc philosophum audis, ubi ille hallucinatus est; quum verum dicit, tibi vapulat. *Aristotelis* & ipse fateor alumnus sum, nec pœnitet; non committam tamen, ut ille, etiam cum erret, omnibus modis defendatur, veritas ab illo dissentiens, supprimatur.

Quis πάντα καλῶς? sufficit, si πόλλα καλῶς.

Testimonium hominis, & unius, infirmum est. Nosti illud quàm usurpatissimum, εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.

Respondens.

HOrresco referens, os impudens! Tun' hominem omnium doctissimum, quem optimo jure philosophiæ medullam quis dixerit, audes hæreticum appellare? Qui, si superesset, vah quas illi pœnas

nas dares? quæ tela, quas invectivarum ſagittas in te vibraret? Experireris tibi cum homine nequaquam edentulo rem eſſe; ſentires tibi provocatam eſſe cornutam beſtiam.

Et quid dicis? quo colore *philoſophum* accuſas? virum quidem deprimis: viſi dicam? quia rationes non potes. Quod non placet, damnas; & quidem ſatis regiè, quod ſolvere non potes, abſcindis.

Quid ais omnium? ut *Ariſtoteles* erret? *Grudius* ille ocellus cœcutiat? Impudentiſſimè vanum! Quin audi ſis *Ariſtophanem*, in te exclamantem, Οὐκ ἐςκόρακας καταρᾶ σὺ τῶ διδασκάλῳ;

Næ; tu nimis audaculus, qui tam nihili cum ſis, *philoſophi* principalis te judicem facis ac cenſorem; tibique tantum arrogas ingenii ac poteſtatis, quantum *Homerus* tribuit *Iovi*, ut nutu ſuo ac renutu probet quæ velit, jugulet quæ lubeat.

Vnde nobis novus iſte medicus, qui crus fractum obligare poſſit Æſculapio ipſi? Eruditionis laudem nemo tibi eripit

eripit; sed tuo te pede metire: *Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.*

O magnum philosophum! & cujus causa veterum omnium judicia merito rescindantur! *Thalem talento non emam Milesium.* Hic unus valet usque eò, ut in philosophando *Aristoteli*, in perorando palmam possit eripere *Ciceroni.*

O Antagonista mi, si philosophus ille reviviscceret, quàm malè scapulis tuis esset! Profectò verba tua non pluris faceret, quàm asini ὄσχημὸν, aut elephanti barritum,

Et quicquid vocum bellua talis habet.

Audesne tu in os obstrepere *Philosopho*? Iudex αὐτόνομος, αὐτόπτης, & verè ἀναντίῤῥητος est, à quo nemini confessa provocatio.

De *Philosophi* ingenio, quid tanto fastu judicas? *Sus Minervam*? Tu illum docebis quid scribere, & quomodo debeat? quasi hactenus inutilis, aut erroneus? Tune? χὴ κόρχορος ἐν λαχάνοις. Gratulor nobis auditores hunc *Midam*.

Dic

Dic sodes: ausus es hoc facinus? Deserere Philosophum? quem profectò omnes *Musæ* καὶ ὁ Δάλιος ἡγεμὼν Ἀπόλλων. Nihil facilius, quàm si impius esse velis, calumniam vel *Herculi* ipsi instruere. Ostende perperam hæc à *Philosopho* tradita esse, & deum te appellabimus.

Ridiculum animal! abi hinc ad pithecos, cercopithece palliate. Magnus ibi autor sis; inter homines frustra caudam tuam jactas.

Hem! Gratulandum est bonis literis; quibus sit exortus *Antagonista* noster. Salva res est. Contigit philosophiæ periclitanti suus Camillus. Proculdubio, si *Aristoteles* in vivis esset, rei philosophicæ dictaturam tibi lubens concederet.

Nunc ipsa vivit sapientia! *novit* hic *quid nigrum, quid album!* Tu vero *Aristoteles*, cave ne hic tibi imperium auferre tentet.

Quid agis Antagonista? *Ante barbam doces senes? Ciceronem* vellicas? *Aristotelem* carpis? *Virgilio* subsannas? O boni judices, quænam hæc tanta

tanta est ingratitudo atque immanitas? Hoccine docendi atque instituendi præmium?

Quid tu hic oblatras, ô ingratissime homuncio? quam nobis *philosophi* dormitantiam deblateras? Næ *tu tibi Suffenus es*, in aliorum vitia dicax, ad tua cœcus.

Sed quæso, tanti viri audesne sententiam impugnare? Ex *Iovis* tabulis testis est, & quem antiquitas Oraculi instar celebravit.

Etiam adversus *Aristotelem* calcitras? si autoritatem ejus non agnosceres, an proculcare debuisti? Hui perquam strenuus es, qui mortuum nihil metuas, qui in eum linguâ sævias, qui referire non possit! Verùm ne protinus triumphum adornes, en tibi me Aristotelicæ injuriæ vindicem. Nunquam committam, ut eâ impudentiâ impunè autlaceretur, aut obliteretur.

De *Aristotele* cave quicquam, nisi summo philosopho dignum suspiceris; cujus judicio tutiùs acquiescas, quàm si universum forum philosophicũ & acclamet & applaudet. Cæ-

Cæterum nihil est *Aristotelicum*, quod non unicè tum probem, tum admirer. Cujus opera dum perlego, reliquorum lucubrationes mihi quisquiliæ videntur. Adeo ut per me licet quidem potiùs in *Tyberim* omnia reliquorum volumina projiciantur, quàm unius *Aristotelicæ* dictiunculæ jactura fiat.

Itane gratiam rependis *Aristoteli* ὦ πάντα συ τολμῶν, de philosophia optimè merito? hæreseos notâ fronti inustâ in scenam protrahis? Sed nimis verum est, *petet omnes, qui bonam mentem deseruit.*

Næ tu planè simia es, non philosophus; qui cum lusisti satis, hominem, quem diu imitatus es, morsu tandem adpetis. Sed quid tecum expostulo? πίθηκος ἀεὶ πίθηκος.

Itane, bipedum nequissime? *Manum ferulæ nondum subduxisti*, & virgulâ tuâ censoriâ philosophorum magister vapulat? Turpe profectò facinus & quod furiarum ultricibus pœnis mulctandum, haud negamus.

Et

Et tu igitur tantâ fidentia es, ut in certamen *Aristotelem* voces, & erroris insimules? Dispeream *si tu dignus es, qui illi metallam*, quod dicitur, *porrigas*.

Impar Congressus.

XXX.

Opponens.

ILlustrissimum *Aristotelem* lacessis, nusquam victor. Quibus armis? plumbeo gladio; & quem virum? philosophorum valentissimum, & antesignanum, cujus tu vel umbram, timeas. μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς.

Age, tuo periculo manum consere; certè in *Melampygum* incidisti.

Bellum

Bellum ſummo philoſopho infers? Cautè verò, & circumſpectè. Quem petis, *Hercules* eſt: tanquam conchylium diſcerperis. Pugna igitur, & tuo infortunio aliorum petulantiam cohibe.

Miſerum me, quid ago? Num cum homine uſu & literis contritiſſimo, & longè ad hujuſmodi palæſtras inſtructiore contendo? Num *equum*, quod dici ſolet, *in planiciem provoco*? Melius omen, quàm ut cum illo concurram; non tam impar petitio *Catonis* & *Vatinii* fuerit.

Vide an poſthac expediat *Ariſtotelem* ad certamen provocare. Vtcunque tibi talem adverſarium invideo, à quo ut maximè proſternaris, tamen habes, quo te conſoleris, *Aeneæ* magni dextrâ cades.

At tu, mi vir, contemptim habere videris tam egregium pugilem? Cum *Coryco* tibi luctandum credas velim.

Neminem hac ætate puto eſſe tam impudentem, tamque ſibi fidentem, qui cum *Ariſtotele* congreſſi, manuſque con-

conſerere ſuſtineat. Sed perge, homo audaciſſime, leonem pungere & vellicare. Vereberis poſthac, ſemel proſtratus, quoquo pacto in te laceſſere.

A remo ad tribunal? *Ne Aeſopum quidem triviſti*, & tun' cum *Ariſtotele*, totius literaturæ penu & promptuario de primatu philoſophico contendis? Apage; *cum ſis nanus*, *fede*. Certè Iovi citiùs fulmen eripias, quàm *Ariſtoteli* rei literariæ dictaturam.

Quàm multa veterum philoſophorum deliria ſunt ab illo veritatis *Hercule* tanquam monſtra, debellata? Dæmonium hominis! & quid tergiverſamur? præ illo nos cæteri volamus ſicut umbræ. Caligas, neceſſum eſt, ad apicem tam invictæ præſtantiæ; demoliriri verò & diruere, ridiculè expetas.

Quid? in philoſopho ipſo dentes imprimis? infigis aculeos? Age, licet experiri qui vir ſies. Irritabis profecto in caput tuum hominem nequaquam mutilum, & qui planè fœnú habet in cornu. Atqui proverbio cave-tur.

Ne

Ne calvus obversâ fronte obnuat arieti.

Quid flagitas? Egone ut cum *Philosopho* disputationem instituerem? Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis, meæ facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges, ut *Dolichodromum* quempiam, aut Hemerodromum perpetuo æquem cursu, aut *Crisonem Himeræum præcurram.*

Apud nos rivuli vix quidam sunt, & lacunulæ lutulentæ; apud illum fontes purissimi, & flumina aurum volventia. Me miserum! nonne cum Poeta canam?

Sic certo, veluti si certat rana locustis.

Respondens.

VT è meis venis aurum tam elegans ac purum eruatur? Age quæso, relictis his laudum ambagibus, descendamus in arenam disputationis: propone istas, quas cupis enodari

ri quæstiones, ut saltem ingenia exercere valeamus.

Quid ais? dixin' in me eloquentiam esse Atticam? Quid aliud respondeam, quàm te valdè amanter hallucinari in amico tuo? Nam si me *Priscianus* loquentem audiret, vereor, ne plagam capite declinaret; tantùm abest, ut laudes agnoscam, quas tu mihi tribuis, & in me largiter effundis.

Vnum illud à te rogo, ne posthac tam invidiosis titulis oneres me, ne quam nasutilis irridendi mei præbeas ansam.

Non respondes directè.

XXXI.

Opponens.

O Miserum perfugium! Universo argumento cum par esse non possit adversarius, carptim aliquot ejus partes vellicat, nunc hàc nunc illàc assiliens. Hoccine est Dialecticè respondere? dicas eum potiùs leonem irritare subulâ.

Hem! quæ hæc dialectica est! ut tu doctè nostra sophismata refellis!

Ficulneum auxilium; certè mihi, qui fixus hæreo, nec facilè enato ex hac lacuna.

Sed tu minutias solum arrodis, & seligis nonnulla, in quibus lacerandis paulò liberius genuinum exerces. Metuis, credo, ne prius dentes tuos quàm

quàm sententiam nostram labefacias, tam solidè fundatam, si nervosissima convelleres.

Eruditè fateor, & acutè: & tamen sustinet assertionem meam *Aristotelis* locus; & me judice, non absolvet ullum acumen causam tuam ab hac difficultate.

Habesne adhuc, quod cavillere? Apage calvum istud subterfugium & sophistarum latibulum. Tanti ponderis objectioni, videamus, quàm masculè tu occurras.

O ridiculam tergiversationem! Quum te deprehensum esse sentis, & res ἐπὶ ξυρῆ ἱσταμένη ἀκμῆς, fugis ab argumento, nullam non tentans rimulam, si quaerepere possis. Sed tanquam forex indicio caperis tuo.

Quid tu huic tanto argumento obstrepere potes? Ego sanè æstuo; nec cuneum reperio huic nodo.

Hic cum deest tibi quid respondeas, aliò, ut soles, deflectis. Ego *de alio* loquor, tu respondes *de corpis*.

O circulos! quid ambages quæris, cum rectà ire possis? subterfugium ho

hoc est solenne tuum, cum directè non solvas, per cuniculos rem agere & secretum aliquod excogitare diverticulum. Sed obsecro te per vestigia opponentis gressus feras. De *Roma* mihi quæstio est; de *Roma* responderi volo.

Quid hæc ad argumenti dissolutionem? Vin' dicam? mera sunt effugia & inanes προφάσεις.

Hem! quas latebras tandem invenit scholasticum tuum ingenium! *Novit* hic vir, auditores, *vias quibus effugit Eucrates.* Novit per angusta rimarum elabi, & tamen nullum periculum penetrationis trahere. Sed non sic evades. Præcludam tibi suffugium omne, & defensioni tuæ fauces oblidam.

Respondentis est præ manibus objecta ab adversario punctim respondere. Tu declinas consultò torosissima quæque & nervosissima; quæ propter ingenii tui levitatem, convenientiora putas ad colludendum, in iis vellicandis totus versaris.

Attendant Logici, quàm peritè hoc

sit adversarium refellere. Profectò, si *Athenienses* scholæ differentem te semel audivissent, à suis dictatoribus in te illam transtulissent gloriam.

Versipellis homo es & mirus vetera tor. Ad responsionis nescio quam umbram confugis, ut subterfugium quæras, non apertè diluas; ut directum spiculum eludas, non clypeo repellas veritatis.

Opponens.

VIrtisne, auditores, ut ad hæc operosè respondeam tam putida? tam vernilia? Non possum, ni in minutiis cum *Antagonista* nostro μωραι velle videar, & λοιδορεμαι ἀντιλοιδορεῖν.

Gordius, ut tibi visum, hic nodus: nec ego tamen *Alexander*. Solvi enim, non abrupi.

An est, *Antagonista*, quod aures ultrà exigant tuæ? Hic nodus jam antè

antè discussus est. Satis dixi: abi tu liber & expeditus.

Dirum hoc, ridiculum, & execrabile perfugium? Tutum ac undiq; munitum, ut tuos omnes impetus facilè perferat ac retundat.

Hæc illa sunt, quibus jugulare nostros adversa omnis manus solet; pro quibus scutum habeo equidem, quod opponam.

Nodus, inquis, est arctissimus, indissolubilis, *Vulcaneus*, *Herculanus*, vix *Oedipus* solvat. At ego in eniam unde dissolvam, & tamen *Davus* sum.

Ne quidem, mi *Antagonista*, credo; sed arietem hunc tuum pridem haud incallidè laqueo averti.

Age verò, observa argumenta, quibus fretus triumphat meus adversarius; & vide, quo illum refellam.

Nonne hanc difficultatem satis extricavi? nonne argumento, quod aiunt, περὶ πόδα respondi? Sed quorsum attinet responsa dare, iis scilicet, qui studio occludunt oculos, ne videant; occludunt aures, ne audiant.

Abunde satisfactum illis, si velint cognoscere; si nolint, frustra tentemus.

Alia adfers. cur persequar aut perstringam? sponte sua cadent, quæ struxisti; imo reciderunt, antequam cœpisses struere.

Hæsi olim in his vinclis: unde facilè me nunc expedio.

Iam satis tibi, & argumento fuit. Vidimus hunc nexum & solvemus; illico voti compos eris.

Incredibile dictu est, quàm nullo negotio refutetur magnificum illud lemma, quod tanto tu verborum sonitu crepas; quàm facilè vel uno digitulo repellatur hasta amentata tua, quam totis viribus mittis.

Quid opus est ad tam stolida respondere? Nam quod hìc adducis, tam exile est & dilutum, ut recitasse sit confutasse.

Quæ tu hìc ridiculè & imperitè ingeris, habes sic retusa & profligata, ut in posterum tales coccysmos (ut opinor) non redintegrabis.

Quicquid nervorum habet hoc

laxa-

laxavi dudum; & vel *Momo* satisfactum arbitror.

Non *Apollonis* magis verum, quàm hoc responsum.

Hîc existimas tibi data esse tela, quæ nullo pacto mihi licet effugere. Cur ita? Facilè refutantur & minimo negotio constringuntur.

Sic Distinguo.

XXXII.

Respondens.

CVr tumultuamini, philosophi? Cur variis opinionibus litigatis? Annon perspicitis ea, quæ tantis contentionibus agitatis quasi repugnantia, posse distinguendo facilè conciliari. Cur inanem sumitis operam in his sententiis refutandis,

cum unica distinctione tam commodè defendi possint ?

Hæsi in hoc loco olim fateor. Sed jam distinguendo me extricem, & interpunctione novâ restituam veterem sensum.

Opponens.

QVid ego audio ? Hoc est dissecare, non distinguere. Ita profecistis vos arte cavillandi, ut artem disserendi prorsus ignoratis.

Vos verò monstra nescio quæ distinctionum pro vera Dialectica juvenibus obtruditis. Vos omnia *Medusæis* distinctionum prodigiis ita transmutatis, ut si causas in foro mecum egissetis, fuisse *Clodium* eâdem hora & *Interamnæ* & *Romæ*, distinctionibus probare voluisse videamini.

Nolo jam in istis scholasticorum senticetis operam & tempus perdere. At si philosophiam aliquando sub rancidissima-

cidissimarum distinctionum plaustris obrutam investigare molitus sum, profectò *aurum in stercore quæsivi*, quod de *Ennianis* versibus *Virgilium* olim respondisse perhibent.

Non apud me philosophus audiet, qui inanes quasdam distinctiones ad unguem callet, cætera fungus sit. Cogita de vera philosophia, apparebit te hic cum ratione insanire.

O Scoticam subtilitatem! Apage istas pueriles nænias. Quis non potuit centum hujusmodi distinctionum pedicas ad libitum comminisci? Sed, in re tanti momenti, expectant prudentes fundamenta, non pœdotribarum commenta.

Nonne simplicissimæ substantiæ sunt, quas tu in partes secas? Nonne *è duobus*, quod aiunt, *tria vides*? Curiosa hæc in frusta veriùs quàm in partes sectio, facit, ut valdè intelligendo, nihil intelligas.

An gustam boni sensùs videas? Confusio sanè hic & tenebræ sunt, sine distinctione distinctio.

Mirus tu distinctionum artifex es;

cum unica distinctione tam commodè defendi possint ?

Hæsi in hoc loco olim fateor. Sed jam distinguendo me extricem, & interpunctione novâ restituam veterem sensum.

Opponens.

QVid ego audio ? Hoc est dissecare, non distinguere. Ita profeciſtis vos arte cavillandi, ut artem disserendi prorsus ignoratis.

Vos verò monstra nescio quæ distinctionum pro vera Dialectica juvenibus obtruditis. Vos omnia *Medusæis* distinctionum prodigiis ita transmutatis, ut si causas in foro mecum egisſetis, fuisse *Clodium* eâdem horâ & *Interamnæ* & *Romæ*, distinctionibus probare voluisse videamini.

Nolo jam in istis scholasticorum senticeris operam & tempus perdere. At si philosophiam aliquando sub rancidissima-

cidissimarum distinctionum plaustris obrutam investigare molitus sum, profectò *aurum in stercore quæsivi*, quod de *Ennianis* versibus *Virgilium* olim respondisse perhibent.

Non apud me philosophus audiet, qui inanes quasdam distinctiones ad unguem callet, cætera fungus sit. Cogita de verâ philosophia, apparebit te hic cum ratione insanire.

O Scoticam subtilitatem! Apage istas pueriles nænias. Quis non potuit centum hujusmodi distinctionum pedicas ad libitum comminisci? Sed, in re tanti momenti, expectant prudentes fundamenta, non pœdotribarum commenta.

Nonne simplicissimæ substantiæ sunt, quas tu in partes secas? Nonne *è duobus*, quod aiunt, *tria vides*? Curiosa hæc in frusta veriùs quàm in partes sectio, facit, ut valdè intelligendo, nihil intelligas.

An gustam boni sensùs videas? Confusio sanè hic & tenebræ sunt, sine distinctione distinctio.

Mirus tu distinctionum artifex es;

& his puerilibus fretus insolentissimè nobis insultas. Atqui argumenta, tam clara & perspicua distinctionibus eludere & fucare, tantundem est atque sepiæ atramentum addere, aut soli tenebras obducere.

An expedire te speras hujusmodi distinctionum adminiculis? sollicitas sanè distinctiunculas & dichotomias, veluti triviales ineptias Doctorum umbraticorum negligemus.

Quid quod & alios, qui à te dissentiunt, & te, qui à teipso discedere videris, distinctionibus ita conciliemus, ut nihil appareat omnino controversiæ.

Quid agis? quæ suâpte naturâ conjunctissima sunt, distrahis; quæ magno differunt hiatu confundis, ἀσυνάπτα & ἀσύμβολα componis, cœlum & terram misces, virtutem & vitia congregas.

Repeti

Repete Argumentum.

XXXIII.

Respondens.

QVid nugor? Non inficiabor, quin ego guttam artigerim è flumine Lethes. Obsecro te, renovandæ memoriæ causâ, refer gressum; atque à carceribus argumentum mihi circum decurre.

Quis ille *Themistocles* memoria tam fideli, qui primâ auditione omnia tua verba sequatur? quis syllogismos in tantam prolixitatem provectos, & semel repetitos, repetat? Exordiare itaq; rem à capite, & quod *Aristophanes* ait ἀπὸ βατράχων, & in verba pauca concludas.

Sed ego oblitus sum quibus mediis huc deduxisti argumentum: recita quæso ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς.

Opponens.

EN tibi syllogismum memoriæ accommodatissimum. Attende sis, & noli committere ut toties repetam.

Sed quoties ego universum retexerem argumentum? quoties ab ovo recenserem? Certè brevis esse non potest, nisi solo nutu loquar.

Sic igitur argutatur acutissimus philosophus. Nam verba tua cum tuo flore recensere non gravabor.

Malè Repetis.

XXXIV.

QVanquam hic fidem etiam hominis desidero. Hic enim artificem agit, recitat mea depravatè, aliquid de suo admiscens.

Sed

Sed tu verbum illud, unde vis argumenti pendet, & quod unicum momentum omne trahit, fraudulenter amisisti, ut fallaciam strueres παρὰ τὸ ἑπόμενον.

Demiror quare visum est antagonistæ subinde mea suis verbis repetere, quum nemo possit breviùs, quàm ego, nisi fortè voluit ille venustiùs.

Viden' quàm argumentum mutilas? quàm ver ex anno tollis? Hoc nisi inferas, argumentum evacuas, cassa fiat & concidat disputatio.

Cur tu verbis meis aliam formam & vestem imposuisti? Cur aliorsum ac ego feci, repetis? Largiamur tibi haud gravatè, siquidem illud intertexas. Omnia dilabuntur, si hoc unicum effugeris.

Audisis.

Audisis: vel, *nimium Garrulus es.*

XXXV.

Opponens.

AH me miserum! Vt tu vociferaris, & strepitus edis! Væ scapulis nostris, auditores. Verendum est sanè, ne clamosus hic *Stentor*, dilatato gutture *columnas rumpat*.

Quoties hoc inculco? Non vos evigilatis? Num faces admovendæ sunt? Date paulisper aures animumque in argumentum; à me stabitis & sentietis.

Lingua, quò vadis? Extra ripas itur, & totò garrulitatis torrente quæstio obruitur.

Siste parumper; & si animum obstinatum habes, tamen aures præbe,

&

& vel invitus fasces submittes.

Claudiana tonitrua! Aut potiùs in te valet illud Poetæ,

Tantùm vociferas, quantùm novies decies ve
Mille viri clamare solent, qui prælia miscent.

Quid ego audio? graculum inter Musas? Me miserum! ut tu molestus vitilitigator es! qui, loquacitatis provinciam semel ingressus, obstrependi finem nescis.

Sed quid tecum litigo, homine lauro ardenti clamosiore? Nonne ad aquæ cataractem citharam pulso? nonne laborem omnem, & harmoniam sepelio? Aut hoc impetrem, Antagonista, ut tu sileas dum ego loquor, aut planè stat sententia nostra silentio litari.

Vbinam est mens tua? num præsens peregrinaris? Hoc age tandem, & fac ne ventis verba profundam.

Verborum igitur fertilis lingua tua, & simul prodiga. Verborum, inquam, sed

sed futilium, anilium, inutilium, quæ aures sobriæ seriæque non sustineant.

Multus hic clamor, multa corporis jactatio, & ingens boatus. Num te philosophum appellem? non; sed *Architæ*, quod aiunt, *crepitaculum*.

Hìc fac sis attentus, *verbaque*, cum *Appuleio* dicam, quæ *volantia* poetæ appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premas.

Disputationem exorsus es, O malè garrule, sed frustra, si transverso verborum impetu præcipitas, si odiosâ dicacitate aures nostros obtundis & obcæcas.

Sed heus tu, qui nobis *venisti à sexaginta viris*, num aures tuæ in linguam confluxere?

Hoc primum respondentis officium exigo à te, ut fileas, donec argumentum produxero. Nam quid opus est clypeo priusquam injectum est telum?

Ref-

Respondens.

AGe, fare, si quid habes; ad omnia tibi præstò sum: quæcunque sunt, proponas; statim resoluta videbis.

Num tibi videor *Dodaneum es?* Imò altiùs intonandum, clariusque sonandum, quia sponte obsurdescis.

Ego verò id jam ago, & quantùm possum attendo. En omnes sensus rapuit argumenti tui expectatio. Fac præstes aliquid hiatu tanto dignum.

Auribus arrectis & expurgatis ausculto. En jam nihil est me auritius; sed, *ne moveam festucam*, adeo tu morosus es.

Num credis *Angeronam* matrem fuisse mihi & *Harpocratem* patrem? num his parentibus renatum me *Pythagoram* novum? Apage; quis potest, petulantissimis garrulitatis tuæ spiculis confossus, σιωπᾶν sedere?

Dissu-

Disputo ex Verbis tuis.

XXXVI.

Opponens.

GRatulor tibi oblatam hanc disputandi ansam. Vtrè sanè defers, quòd mihi studiis omnibus erat ambiendum; & ad arculas quasi sedens, tela mihi subministras, quibus te occidam.

Liceat mihi ex tuis fundamentis syllogismos contexere: argumentum erit ex te totum.

Quid si jam retorqueret aliquis probatum illud spiculum è vestra pharetra? annon tuis telis egregiè te confoderet?

Quod si luberet mihi sigillatim illa tua refellere, quæ declamas in causam nostram, materia certè satis benigna

benigna foret, vapulareſque vel in tuo ipſius pulvere.

Quid multis? agnoſcis opinor tua ipſius verba. Quod das, id accipimus, teque verbis tuis, veluti loris, conſtrictum convictumque tenemus. Ita mirè veterator cum ſis, & nequam homo, tuâ tamen ipſius allegatione proderis.

An jus tuum latiùs pateat quàm proximi tui? Profer privilegii tabulas. Si non potes, periiſti tuis verbis; & dignus es, ut lex tua in os tanquam frænum injiciatur.

Loquacitas tua præbet unde revincaris. Affirmas? teipſum jugulas. Negas? In te voces tuæ redeunt.

Reſpondens.

TRiumphat hîc adverſarius noſter. Planè diceres ab eo caſtris exutum *Hannibalem*, aut *Alexandrum*

xandrum magnum fugatum. Sed unde illi tam ampla, ac tam benigna triumphandi materies? Annon funditùs evertitur causa nostra? annon à fulcris ruit? Dicam, auditores, quod res est. Excidit mihi verbuli aliquid, non satis, ut fateor, consideratè. Hoc ille fortiter invadit, turpiter exagitat, & hinc ovationem protinus adornat. O candidum philosophum dicam, an caninum! si quid temerè illapsum, insurgit contra, & mordicùs tenet; si quid cogitatè emissum, ne oblatrare quidem ausit.

Nihil esse, quin malè narrando possit depravari, vetus est verbum. At æquis, vos deprecor, & animis & auribus adsitis; & nemo verba mea secus torqueat, ac ego sentio, nec, quod *Theodorus* olim querebatur, sententias siniſtrâ accipiat manu, quas ego dextra porrigo.

Quis furor vestros sensus ita fascinavit, ut ex iis verbis venenum exugatis, quæ in se persalubria sunt, atq; omni flore conditiora ad gustatū?

Quàm

Quàm exacerbas omnia? quàm seditiosè detorques quæ dixerim? Iniquissimis autem legibus mecum agitur, si quod ego per occasionem verè dixi, ac moderatè, tu depraves, ultra septa transiliens.

Sed tu ita pervertis pro tuo solito candore, & ut calumniator captas undecunque, si fortassis incidam in casses, ut possis expilare.

Hoc agi puta, ne ultra autoris errorem criminatio surgat, neu in pejus torqueantur verba, si non bono sensu, saltem non malo animo expressa.

Videant interim judices, quàm firmo tu inniteris tibicini, qui ad quamlibet voculam hæsitas, & vocabulum quodvis, obiter atque in transitu dictum, veluti manubrium arripis, quo pugnes. Ni tu felix magis, quàm providus, fortunatior, quàm sapiens, actum esset de causa tua, & jamdudum concidisset.

Non sic positum à me, sed à tua malitia & captionibus inversum; ut quia justi nihil suberat, quod cavillare-

re,

re, ideo ipse tibi aliquid morsicandum formares Marte tuo.

Ad omnia versatilis sophista quispiam videre mihi; adeo vim infers verbis meis; aliò quàm dicta sunt, rapis, & nihil non contorques cauda quadam.

Acutè disputantis illud est, non quod quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit videre. Nam argutari circa aliorum verbula, nunc hoc arrodere, nunc illud, & omnia minutatim dissecare, ingenii sterilis est & inopis.

O novam & inauditam tui lenitatem! qui vocem unicam, obliquè tortam, tantis tragœdiis exagitasti.

Quid aliud, quàm erratum amici traducis & exaggeras? si quid tibi familiariter & amicitiæ jure fretus dixero, tu in me eloquentiæ tuæ aciem stringis?

Abite, sinistræ manus. Cur invertitis? cur sinistro judicio ventilatis? Cavendum est, ne quid temerè apud captiosos loquar, qui quicquid attingunt, mordent.

Utar novo Argumento.

XXXVII.

SVbtilissimè quidem; sed non sic *arenâ cedo*. Heus te novis adoriar telis, ex *effecti* armatura depromptis, quæ spero frustra sudabis elidere.

Nec *Apollonis* Oraculum verius potuisset dare responsum. Sed quæso alteram *Herculeam* columnam everte, si potes.

Acutissimè; sed ecce, amputato hoc capite aliud pullulat.

In hac causa detur venia, si luxuriem argumenta; altera me in brevissimum cohibebit.

Perdoctè; sed adhuc altera, eaque perdifficilis tibi restat dissolvenda objectio. Si hunc scrupulum exemeris, satisfeceris ad omnia.

Verum adhuc urget me homo nodosus, & novâ ingenii machinâ causam

ſam noſtram quatit & arietat.

Vix tandem emerſi ex hac ſalebra, quin & alia mihi occurrit objectio, quam ſapienti reſponſione tolli percuperem.

Sed non diutiùs nodum hunc premo; ſupereſt extremum telum quo te petam. Hoc ſi adjecero, impleviſſe hanc cauſam videbor.

Scitiſſimè; ſed aliam enodandam tibi propono difficultatem. Si tantum tibi jam otii eſt, inſpice quæſo, an iſtum quoque laqueum effugias.

Etiamſi nullis machinis te in ſaniorem viam trahere queo, tamen neutiquam attentare deſiſto. Pergo ad aliud in te telum vibrandum. Quòd ſi hoc parum ſit efficax, habeo aliud efficacius.

Hac non ſucceſſit, aliâ te aggrediar viâ.

Aliud habeo propiùs aliquanto ad ſcopum collimans. Claudam, ubi hoc adjecero.

Prima coitio parum fœliciter proceſſit, ſecundò in arenam prodeo conſtanti a

constantia militari præditus, & novum projicio telum.

Integræ adhuc rationes meæ sunt, sed tamen pro more novam oppono.

Idem argumentum Sæpius inculcas.

XXXVIII.

RAnunculi coaxationes! Βὰξ κὲκὲξ κοὰξ κοὰξ. Quoties tu importunus & molestus convivator hæc bellaria appones? Quoties eandem biasficam devorabimus? Quoties eâdem crapulâ convomemur? Pelvim hic sibi porrigi juberet *Aristophanes* præ nausea.

Cuculinum melos! Ne audiamus in posterum istam toties decantatam cantilenam: fatuis ito & decantato,

vel

vel fulicis occinito. Ad hanc jam aures nostræ tinniunt.

Sed quid illud est tandem quod tanto verborum conatu nobis obtrudis? quod solum non semel adeo acriter inculcas? Benè habet. Si hujus aciem obtundam actum est de causa tua.

Confutata dicis. Ego peccem, si abutar tempore, si quæ dicis, etiamnunc confutem.

In auribus nostris semper obstrepentem vocem tuam, sed eandem habemus; & ut indoctissimus citharœdus, *Archilochi* more, eandem in omnes canis cantilenam.

Quoties hîc clamabis *Hylam*? quoties hæc ad ravim usque ingeminabis? Nonne mihi cum fabro ferrareo res est, auditores, qui unam perpetuò incudem tundit, tundendoque obtundit aures omnium?

Video quid velis; quod toties jam audio, hîc toto conatu asseris. Sed quæso te, ne ad vomitum redeas. Δὶς κράμβη θάνατος.

Multa dicis, sed eadem. Hæc est, quod

quod dici solet, ὑπέρου περιτροπὴ. Vbi rationes, ubi sententiæ pondera & fundamenta?

Hac difficultate jamdudum perfunctus sum, & tibi per omnia satisfeci. Nonne hoc est δὶς ταυτὸ εἰπεῖν;

Hoc prius expeditum, satis superque refutatum & explosum, quod tu, quasi recoctam crambem, hic misellus ligurio reponis.

Quos fluctus moves? quos antea concitasti. Obsecro pro re & causa arma varies. Telum hoc jamdudum repercussum. Iam sitio reliquum argumentorum.

Cæterum jam magno conamine redintegrare gestis bellum de priori argumento longè stolidissimo. Quis credat tibi micam esse mentis sanæ, quem non pudeat re tam turpiter gestâ, rursum in arenam prodire?

Quis tandem erit hujus argumenti aut modus aut finis, aut denique pudor? Quando desinent huic excetræ nimium fœcundæ sua repullulare capita?

Nunquamne desines ridiculum hoc

commentum venditare? Huic objectiunculæ jamdudum cervices fregi, & penitus prostrata jacet.

Mirum est quæ te rapuerit vertigo, ut sopitam controversiam crocitationis tuæ garritu, quantum in te est, excitares. De his jamdudum responsum est, & præstat illam non movere Camerinam.

Sed tu omnem Lecythum, quem toties exhauseras, iterum effundis; quæ tua est ἐγκύκλοπαιδεία.

Nec vola nec vestigium novum est: πάντα μία κόνις.

Occidit miseros crambe repetita magistros.

At diluta est à nobis alibi ad plenum hæc objectiuncula. Cæterum quid tibi surdasto satis sit? En iterum (sed in vanum) importunissimum animal, nodum hunc solvemus.

Alia hîc fateor verborũ structura, idem argumentum. Variantur scenæ, variantur histriones & personæ; Sed tamen eadem agitur fabula.

Quoties hujus machinæ impetum retudi, atque enervavi, quæ tibi usque

que tamen loco asyli est & instar arx. Improbitatem muscæ habes; sæpius & turpiter repulsa, *assistet morsu tamen.*

Omnibus argumentis Idem semper respondes.

XXXVII.

Opponens.

NOn capio ego subtilitatem hujus responsi, quo tu omnia nostra argumenta diffiare soles; & in quod, tanquam munitissimam arcem confidens, omnia tela eludis.

Superest tibi unicum refugium, in quo reponis omnia. Sed radicitùs tollam, aut *pinus in morem* succidam, ne suppullulescat, & nauseam nobis creet.

Hoc solum habes residui; huic uni confisus, satis te credis in omnem occursum paratum & præmunitum. Num tanti est hoc unicum respondisse? Num hîc *Delphicus* gladius, ad omnes usus accommodabilis? Mus uni non fidit antro: sapientis est, crede mihi, duplex præsidium habere, ut si alterum deficiat, altero juvetur.

Hîc tu, sed frustra, unico responso omnia jugulares argumenta, & velut imperitus medicus eodem collyrio omnibus mederi velles. Non omni navigio quævis vela congruunt, nec unum responsum ad omnia quadrat argumenta.

Hac tu una evasione omnes subterfugias difficultates, sed propulsabo facilè & perdam.

Sic tollo eam, quam tu ubique jactas, responsionem.

Respon-

Respondens.

MInùs discernas ficum à ficu? eodem jures prognatum ovo? Omnino erras. A priori δὶς δὶα πασῶν dissidet. Certè tantum abest, quantum *Homericus* ille *Nestor* à *Menelai*.

Quid mirum, si te non novis, sed antiquis pugnantem adminiculis, solitâ refellam consuetudine?

Aliud mihi superest, quo possum confugere; sed prima anchora adhuc manet integra: ingenii tui fuisset hanc prius sustulisse.

Argumenta tua omnia uno responso disuere mihi nec operosum videtur, nec sanè incongruum, omnibus scilicet ex una eademque radice pullulantibus.

Nonne in hoc uno omnium tuarum rationum cardo versatur? Non aliud profectò respondendum, quàm hoc ipsum.

Transeo ad Alteram Causam.

XL.

DE *prima* lis expedita. Nunc aliam quæsum excutiamus. En *alteram* tibi *causam* depulsum eo.

Hac in *causa* ad horam unam aut alteram anchoras fiximus; nunc quò tempus vocat, solvemus.

Quàm vellem aliud unicum argumentum proferre, quoniam habo excutere opinionem tibi radicitus cupiam. Sed mos argumenta nostra intra certum numerum coercet. Nunc manum de hac tabula.

In *hac causa* detentus fui nimium diu: sed jam supersedeo & frænum injicio; ad *alteram* enim festinat disputatio.

Possem multis aliis argumentis in medium

medium adductis tecum agere; verùm de hac lite plus satis; nunc de *altera* reliquum est ut differamus.

Plura huc possent accongeri, sed hic abrumpam hujus disputationis telam. Satis enim velitatus sum & causam adserui.

Non urgeo argumentorum reliquum agmen. Cui bono? De *hac* satis dixi; *Secundam* aggredior.

Multa alia hic disputari possunt, sed satis diu hanc lacunam commôsse videor. Nunc si libet, in *altera*, ut partes meæ sunt, tentemus.

Plura huc coacervarem, nisi arbitrarer causam liquidò satis esse probatam; jam lubet hanc dissertationem obsignare.

Duas jam horas versamur in *hac causa*, quam intra unam solemus emetiri.

Iam pridem tempus erat, ut abirem.

Nunc jam hora est, ut me ad alia conferam.

De *prima* sic habe; ad *secundam* trajicio.

Tem-

Tempus Elapsum est.

XLI.

MVlta alia obviam veniunt, quæ disputare non nollem, si p. ssem ad otium. Sed mos tempori gerendus est; & ipse fortassis causæ dispendium aliquod faciam, ut temporis compendio consulatur.

Heus tu! tempus περὶ τὰς θυρὰς. Nunc age, metam cogita, & pulveris etiam, si quid reliqui, decurre.

Eia, inclinato jam die, ad vesperum perducta est disputatio: & ego committerem in bonos mores, si diutius morarer tempora. Plenioribus velis, laxatisque disputationis rudentibus hactenus navigavi: nunc contrahenda sunt vela.

Tem-

Tempus enim sistit ne progrediar, & terram tango ex longinqua navigatione.

Hæc hactenus. Appellandum jam ad metam est, ut aliquem habeat oratio modum.

Quousque nos detinebis? illapsum jamdudum est tempus. Nunc restat tuo theatro dicas *valete & plaudite.*

Hand mora, prosilio. Temporis ad hoc punctum mihi est. Summo digito & quasi per indicem tangam.

Quo feror? aut quo me abripuit, non voluntas mea, sed adversarii malitia, & argumenti copia? Iam currentis sermonis rotæ sufflaminandæ sunt. Concludimur enim intra certum spatium, extra quod egredi non debemus.

Ac de hac causa satis; vel si pauca pro tempore: disputaturus alias & veritus & plenius.

Quorsum tam multa? inquies. Probè profectò mones: fulciendæ, quæ pendet, periodus, & claudendus vel serò *μακρολογίαις.*

Sed quando tempus volat, & me

vocat, pauca præmittam, eaque paucis; reliqua in ipso congressu facilius expediemus.

Sed facessat nostra hæc disputatio. Ecce fluxit dies, &

invito processit vesper Olympo.

An aliud exigas? Ego surgo & eo. Satis ista, nisi excedere me limites meos velis, quos promisi, imò præscripsit tempus.

Quin jam progredi ulterius vox ipsa vetat; tum fines transacta hora posuit & conflictatiunculam terminavit.

Dies me deficeret citius, quàm argumenta, si velim singulis immorari; sed jam effluxit plura ingerendi occasio.

Cæterum ut aliquando claudas prolixam disputationem, en tempus te vocat; noli tardare.

Iam appetit tempus, & sudatum est satis; præstat à disputando desistere; ne quid nimis.

Quousque discursus hos obimus.

Tu

Tu si à prima luce disputare occipias, concubium sit noctis, priusquam desinas. Nunc expecto fabulæ catastrophen.

Quid hic tergiversando nectis tam diu istas moras? Non quidem dormitare amplius hora est nobis, neque morari vincere. Age impone ergo finem litibus.

Lis Finitur.

XLII.

Opponens.

DEsine, satis est: nolo quicquam per nos sanguinis manet. En ultro tibi manus porrigo.

Sed jam periodo disputationis confectâ, ad potum venimus; &

& post prolixam concertationem dicam (ut olim *Diogenes*) *benè habet, amici, γῆν ὁρῶ.*

Non expecto sententiam. Vicimus, & ita, ut improbus usurpo victoriam. Nam ut tu mei victor es, ita ego triumphator erroris.

Sed de his satis. Spero nostram feliciter faustèque fundamenta jecisse nostræ opinioni, ut vi sua stet perpetuò, nec dirui aut labefactari machinis ullis possit.

An ergo quid reliqui? collegi quicquid hic adversarius objecit: ad ipsos carceres jam relatus, non invenio unde hæream.

Non possum non ingenuè fateri, quod vero verius est. Præstat hac parte ultro herbam dare, quàm turpiter depugnare.

Video te repugnando vinci non posse; ego cedo arena.

Atqui si ita est, quid in me incurris? Nimirum igitur profligata jam hæc nostra est & ad exitum perducta controversia.

Sed tu, erudite vir, cogita. Nam de

de me *Tullianum* illud habe,

Cedo, ea manum tollo.

Mihi quidem videtur redactam esse ad incitas rem adversariorum, & confectum propemodum inter nos & illos prælium.

Sed quia video te subiraſci, admittam tuum argumentum; concredo totum. Iam tecum initum fœdus, à me quidem non violabitur, & arma deponam.

In eo autem quod largiris, nonne victoriam mihi concedis? nonne haſtam abjicis? Certè hoc conceſſo actum eſt de controverſia & in fumos abiit. Quid igitur ſupereſt, niſi mihi victori decernatur ovatio?

Eſto, macte hoc animo: ubicunque hoc præſtabis, habebis me tibi adſtipulantem. En auditores, poſt cruentas rixas, re diſcuſſa, tandem comperitur eandé eſſe partis utriuſque ſententiam, de verbis modò dimicatum fuiſſe.

Nam de *hac* nihil amplius dicam. Deſcendat alius, qui volet, in arenam; ego cum hujuſmodi monſtris

ſatis

satis mihi videor luctatus.

Pugnis valere jussis, in portum me recipio. Nostrum est nolle repugnare.

His tergiversari poteram (ut nemo nō ingeniosus est ad defensionem sui) nisi quòd non liberè tam eximio viro dissentire.

Respondens.

TRiumphas igitur. Scin quomodo? Victoriam jactas, & adhuc litem agnoscis. Quid hoc aliud est, quàm *Iunonem Lucinam* clamare, fœtu nondum concepto?

Ante victoriam encomium? Ne sic quidem dirempta pugna. Ad rixas inexplicabiles mihi videor venisse.

Vrges tu quidem, multis ac magnis argumentis, tamen hic scrupulus omnis eximi non potest.

Num tam facilis est & expedita victoria?

toria? Quid ni te *Cæsarem* appellem? *Veni, vidi, vici.*

Sed nescio quibus pedicis hîc alligor. Non licet arenâ cedere, nec ullus est pugnarum finis.

Formulæ Omissæ; suis Locis reponendæ.

Contenditur de re Nihili.

I.

Opponens.

HEm! quanta minutiarum rimatio? hunc ego philosophum unum esse de istis puto, qui cuminum secant.

Quid ais? spinosam illam & hispidam philosophiam ad Divam Sapien-

Sapientiam pertinere? Nec Dianæ quidem! licet tu reponas in arce eruditionis non aliter, quam *Minervam Phidiæ*.

Certatur quotidiè minutis conclusiunculis; & qui subtilissimâ collectione alterum fallere didicit, is rex est, & digito se cœlum putat attingere.

Profectò male res habet: omnes eorum industria intra contextus captiones stat; à quibus si pedem extulerint, putent se in alium terrarum orbem delatos.

O larvarum umbram! ô fanatica ingenia! Nugas quasdam evanidas & subtilia deliramenta captant. Iuro vobis, auditores, excelsa quædam & pulchra res est eruditio, quam illi ne de facie quidem noverunt.

Resp.

Respondens.

LEvia hæc sunt; quis negat? at quàm leviores *Scipio* & *Lelius* qui memorantur conchas collegisse ad *Cajetam*?

Non ego hic arcem extruo ex cloaca, aut pistillum exorno. *Sonnica* hæc *causa* est, & propter quam jure quis deserat vadimonium.

Age Serio.

XI.

Opponens.

SVavissimus hic est ut video, & me *Socratico* quodam more irridet differentem. Sed heus tu, *aufer Mothonem à remo.* Quid miser rides? Crede mihi, non est nunc ridendi locus.

Lepidam

Lepidam argumentationem! salsum atque urbanum hominem! Amabò unde tantum hilaritudinis tecum adfers, bone adolescens?

Vt tu *diserte saltas*! Histrionem dicam, an philosophum?

Argumentum Nugatorium.

XV.

Respondens.

O Chrysippeum acumen? O cornutum syllogismum! Argumentum sanè quàm despicabile, ne crepitu quidem digiti dignum. Et tamen tu *tanquam Argivum clypeum abstuleris, ita gloriaris.*

Explica

Explica teipsum; Obscurus es.

XVII.

Opponens.

CÆterùm quæ te *Pythia*, aut qui *Loxius* in fraudem & τεχνολογίαν impulit? Nam qui sunt hi griphi, quæ ænigmata? In furcam perplexum illud verbum, æquivocum quoddam animal, & ἀμφίβιον, quod dedit has tubas.

Quid dicam? fumus in oculis meis hæc verba. Dic clarè & ἀποδεκτικῶς; næ ego plùs quàm *Lynceus* sim, si ista perspiciam per tot tectoria.

Heus tu! qui ænigmatistes instructus venis pronunciato multis syncategorematis onusto, & quod *Ethrusco* indigeat conjectore; evolve hæc Mæandris, ut intelligaris; aut clamoribus, sibilis,

sibilis, explosionibus, perturmultuosè è diatriba ejiciendus es.

Bona fide, Antagonista, quid illa tua verba sibi volunt? Peream ego, si assequar. Satin' sanus es? Excitandus ab inferis *Melampus* ille, qui omnium animarum voces cognoscebat: is rudentem asinum, fortasse & gannientem adversarium nostrum poterit intelligere.

Hoc quid sibi vult effare, (*mi Heraclite*) & *ut te videamus, loquere*. Vereor enim *ne quid Andria apportet mali*.

Quid hoc? decem Sybillis hic opus est. Euge, hoc est catum & argutum sophistam agere. Cave sis, ne quis te intelligat.

Dic istud explanatiùs. Mihi sanè *numeris Platonicis, aut quovis Sybillæ folio* obscurius est.

FINIS.

INDEX Capitulorum.

I. Contenditur de re Nihili. Pag. 1
II. Bonitas causæ à te stet, Nostra pars non est Disputabilis. 13
III. Disputa Syllogisticè. 22
IV. Disputas Fallaciter. 27
V. Negatur Major propositio. 36
VI. Des Rationem. 38
VII. Non Sequitur. 42
VIII. Non recte Concludis. 44
IX. Disputas Scurriliter. 46
X. Modò Ais, modò Negas. 65
XI. Age Seriò. 72
XII. Disputas nihil ad rem propositam. 80

Disputas

XIII. *Disputas ex malè suppositis.* 92
XIV. *Disputas contra Teipsum.* 93
XV. *Argumentum Negationis.* 98
XVI. *Petis Principium.* 109
XVII. *Explica teipsum; Obscurus es.* 112
XVIII. *Disputa breviter.* 120
XIX. *Dentur vices Opponendi & Respondendi.* 127
XX. *Verbis imniteris, non Argumentis.* 129
XXI. *Nobis undequaque applaudunt Philosophi.* 140
XXII. *Malè interpretaris Philosophos.* 161
XXIII. *Mentiris philosophos.* 169
XXIV. *Verissimum est; non eget probatione.* 176
XXV. *Falsissimum est.* 179
XXVI. *Dubium est.* 183
XXVII. *Occultum est, & supra Humanum captum.* 186
XXVIII. *Quid respondes Philosopho?* 191
XXIX. *Ineptus philosophus.* 198
XXX. *Impar congressus.* 206

XXXI. *Non respondes Directè.* 211
XXXII. *Sic distingue.* 217
XXXIII. *Repete Argumentum.* 224
XXXIV. *Malè Repetis.* 222
XXXV. *Audisis* vel *Nimium Garrulus es.* 224
XXXVI. *Disputo ex Verbis tuis.* 228
XXXVII. *Vtar novo Argumento.* 232
XXXVIII. *Idem Argumentum Sleppius inculcat.* 235
XXXIX. *Omnibus argumentis idem semper respondes.* 238
XL. *Transeo ad Alterum Capitulum.* 241
XLI. *Tempus Elapsum est.* 243
XLII. *Lis Finita.* 246

Errata.

PAg. 9. l. 23. l. ζητεῖ. p. 16. l. 16. l. *indubitatæ*. p. 50. l. 2. l. ἐμπρησθείς. ib. l. 21. l. *at*. ib. l. 25. l. *ut*. p. 60. l. 15. l. *epicedū*. p. 63. l. 21. l. *deleteriis* p. 67. l. 14. l. *argumētationes*. p. 69. l. 21. l. *dissuades*. p. 75. l. 23. l. *fateor*. p. 81. l. 9. l. *totius*. p. 87. l. 28. l. νύσσαν p. 88. l. 8. l. *bellum*. p. 115. l. 13. l. *sit*. p. 127. l. 20. l. *persolve*. p. 131. l. 7. l. *expectas*. p. 134. l. 27. l. *imperitior* p. 137. l. 14. l. *ostentator*. p. 164. l. 18. l. *perpellas*. p. 172. l. 20. l. *vilissimæ*. p. 193. l. 27. l. *cedro*. p. 208. l. 10. l. *cede*.

BRITISH MUSEUM

y persecutours shall stumble, and
vail, they shall be greatly ashamed, * Ch
rosper, *their* * everlasting confusion and
gotten. * Ch
RD of hosts that * triest the righte- * Ch
reins and the heart, let me see thy and
m: for unto thee have I opened my

he LORD, praise ye the LORD: for
he soul of the poore from the hand

be the day wherein I was born: let * Job
in my mother bare me be blessed. chap
* C he man who brought tidings to my
man childe is born unto thee, ma-
d.
t man be as the cities wh[illegible]h the * Ge
w, and repented not: and [illegible]. him
e morning, and the shouting at

slew me not from the wombe: or
ight have been my grave, and her
yes great *with me*.
e came I forth out of the wombe to * Job
row, that my dayes should be con-

HAP. XXI.

Jeremiah to enquire the event of Nebu-
3. Jeremiah foretelleth a hard siege and mi-
He counselleth the people to fall to the Calde-
* 1. *leth the kings house.*
34. ich came unto Jeremiah from the
n king Zedekiah sent unto him Pa-
Melchiah, and Zephaniah the son
priest, saying,

Errata.

PAg.9.l.23.l.ζητεῖ.p.16.l.16.l.*indubitatæ*.p.50.l.2. l. ἐμπρησθεὶς. ib.l.21.l.*at*.ib.l 25.l.*ut*.p.60.l.15.l. *epicedū*. p.63.l.21.l.*deleteriis*p.67.l.14.l.*argumētationes*.p.69.l.21.l. *dissuades*.p.79.l.23. l.*fateor*. p. 81.l.9.l. *totius*.p.87.l.28.l. *νύσσαν* p.88 l.8.l. *bellum*.p.115 l.13.l. *sit*.p.127 l.20 l.*persolve*.p.131 l.7 l.*expectas*.p.134.l.27.l.*imperitior* p 137.l.14 l.*ostentator* p 164.l.18.l. *perpellas*. p.172. l.20.l.*vilissimæ*. p.193. l.27.l. *cedro*.p. 208.l.10 l *cede*.

BRITISH MUSEUM

and straitnesse, wherewith their enemies, and they that seek their lives, shall straiten them.

10 Then shalt thou break the bottle in the sight of the men that go with thee,

11 And shalt say unto them, Thus saith the LORD of hosts, Even so will I break this people and this city, as *one* breaketh a potters vessel that cannot † be made whole again, and they shall * bury *them* in Tophet, till *there be* no place elsse to bury.

† Heb. *be healed*
* Chap. 7. 32.

12 Thus will I do unto this place, saith the LORD, and to the inhabitants thereof, and *even* make this citie as Tophet.

13 And the houses of Jerusalem, and the houses of the kings of Judah shall be defiled as the place of Tophet, because of all the houses upon whose * roofs they have burnt incense unto all the host of heaven, and have poured out drink-offerings unto other gods.

* Chap. 32. 29.

14 Then came Jeremiah from Tophet, whither the LORD had sent him to prophesie, and he stood in the court of the LORDS house, and said to all the people,

15 Thus saith the LORD of hosts the God of Israel, Behold, I will bring upon this city and upon all her towns all the evil that I have pronounced against it; because they have hardened their necks, that they might not heare my words.

CHAP. X.

1 Pashur smiting Jeremiah, receiveth a new name, and a fearfull doom. 7 Jeremiah complaineth of contempt, 10 of treachery, 14 and of his birth.

* 1. Chron. 24. 14.

NOw Pashur the sonne of * Immer the priest, who *was* also chief governour in the house of the LORD, heard that Jeremiah prophesied these things.

2 Then Pashur smote Jeremiah the prophet, and put him in the stocks that *were* in the high gate of Benjamin, which *was* by the house of the LORD.

one: therefore my persecutours shall stumble, and they shall not * prevail, they shall be greatly ashamed, for they shall not prosper, *their* * everlasting confusion shall never be forgotten.

* Ch. and
* Ch.
* Ch. and

12 But, O LORD of hosts that * triest the righteous, *and* seest the reins and the heart, let me see thy vengeance on them: for unto thee have I opened my cause.

13 Sing unto the LORD, praise ye the LORD: for he hath delivered the soul of the poore from the hand of evil doers.

14 ¶ * Cursed *be* the day wherein I was born: let not the day wherein my mother bare me be blessed.

* Job chap.

15 Cursed *be* the man who brought tidings to my father, saying, A man childe is born unto thee, making him very glad.

16 And let that man be as the cities which the LORD * overthrew, and repented not: and let him heare the cry in the morning, and the shouting at noontide.

* Ge

17 Because he slew me not from the wombe: or that my mother might have been my grave, and her wombe *to be* alwayes great *with me*.

18 * Wherefore came I forth out of the wombe to see labour and sorrow, that my dayes should be consumed with shame?

* Job

CHAP. XXI.

1 Zedekiah sendeth to Jeremiah to enquire the event of Nebuchadrezzars warre. 3 Jeremiah foretelleth a hard siege, lamentable captivity. 8 He counselleth the people to fall to the Chaldeans, 11 and upbraideth the kings house.

THe word which came unto Jeremiah from the LORD, when king Zedekiah sent unto him Pashur the sonne of Melchiah, and Zephaniah the sonne of Maaseiah the priest, saying,

2 Enquire, I pray thee, of the LORD for us.

11 ¶ And touching the house of the king of Judah, say, Heare ye the word of the LORD.

12 O house of David, thus saith the LORD, * † Execute judgement in the morning, and deliver him that is spoiled, out of the hand of the oppressour, lest my fury go out like fire, and burn that none can quench it, because of the evil of your doings.

13 Behold, I *am* against thee, O † inhabitant of the valley, *and* rock of the plain, saith the LORD; which say, Who shall come down against us? or who shall enter into our habitations?

14 But I will † punish you according to the * fruit of your doings, saith the LORD: and I will kindle a fire in the forest thereof, and it shall devoure all things round about it.

CHAP. XXII.

He exhorteth to repentance with promises and threats. 10 The judgement of Shallum, 13 of Jehoiakim, 20 and of Coniah.

THus saith the LORD, Go down to the house of the king of Judah, and speak there this word,

2 And say, Heare the word of the LORD, O king of Judah, that sittest upon the throne of David, thou, and thy servants, and thy people that enter in by these gates;

3 Thus saith the LORD, * Execute ye judgement and righteousnesse, and deliver the spoiled out of the hand of the oppressour: and do no wrong, do no violence to the stranger, the fatherlesse, nor the widow, neither shed innocent bloud in this place.

4 For if ye do this thing indeed, * then shall there enter in by the gates of this house, kings sitting † upon the throne of David, riding in chariots, and on horses, he, and his servants, and his people.

But if ye will not hear these words, I swear by myself, saith the LORD, that this house shall become

17 [illegible] thine heart *are* not but for thy cov[illegible] and for to shed innocent bloud, and for opp[illegible] or ‖ violence to do *it*.

‖ Or, incursion.

18 There[illegible] saith the LORD concerning Jehoiakim the sonne of Josiah king of Judah, They shall not lament for him, *saying*, Ah my brother, or ah sister: they shall not lament for him, *saying*, Ah Lord, or ah his glory.

19 He shall be buried with the buriall of an asse, drawn and cast forth beyond the gates of Jerusalem.

20 ¶ Go up to Lebanon, and crie and lift up thy voice in Bashan, and crie from the passages: for all thy lovers are destroyed.

21 I spake unto thee in thy † prosperity, *but* thou saidst, I will not heare: this *hath been* thy manner from thy youth, that thou obeyedst not my voice.

† Heb. *prosperities.*

22 The winde shall eat up all thy pastours, and thy lovers shall go into captivity, surely then shalt thou be ashamed and confounded for all thy wickednesse.

23 O † inhabitant of Lebanon, that makest thy nest in the cedars, how gracious shalt thou be when pangs come upon thee, the pain as of a woman in travail?

† Heb. *inhabitresse.*

24 *As* I live saith the LORD, though Coniah the sonne of Jehoiakim king of Judah *were* the signet upon my right hand, yet would I pluck thee thence,

25 And I will give thee into the hand of them that seek thy life, and into the hand *of them* whose face thou fearest, even into the hand of Nebuchadrezzar king of Babylon, and into the hand of the Caldeans.

26 And I will cast thee out, and thy mother that bare thee, into another countrey, where ye were not born, and there shall ye die.

27 But to the [illegible] whereunto they † desire to return, thither shall they not return.

† Heb. *lift up their minde.*

28 [illegible] Coniah a despised broken idol? *is he*